

K 6  
3347







*no*  
A

P

*ob*  
J.

Ju

Z



*1359*  
A. A. PAGENSTECHERI  
ADMONITORIA

AD

*1806*  
PANDECTARUM

*1806*  
*Partem Primam.*

*1806*  
J. F. W. PAGENSTECHER

A. A. F.

Jur. Licent. Eorundemque in Aca-  
demia Hassiaca Marpurgenfi Prof.  
Extraord.

*In usum Praelectionum suarum publi-  
carum iterato excudi fecit.*



M A R P U R G I,

---

Typis JOH. HENRICI STOCKII.  
A. C. MDCCVII.



KLb 3347



# PRÆFATIO

J. F. W. PAGENSTECHEK.

A. A. F.

Jur. Lic. & Prof. Extraord.

*Generosis Nobiliff. Orn. Dn. Auditoribus suis S. & officia.*



Justiniani *Constit. omnem.*  
 §. 2. Admonitorium est,  
 ut novi Justiniani primo  
 anno Institutionibus Ju-  
 ris etiam Partem Primam Pande-  
 ctarum, alias *πρωτα*, adjungant. Sa-  
 luberrimo istò consilio obtempe-  
 raturus, hæc honor: Dn. Patris  
 mei Admonitoria (maximi mo-  
 menti Legibus *ex tit. ff. de V. S.* jam  
 per Dei gratiam *absque ulla Interse-  
 ctione explicatis*) publicæ interpre-  
 tabor, itaque non novis tantum Ju-  
 stinia-

stinianis, sed & illis, quorum stua  
dia jam proveciora sunt, una opera  
commodabo. Saltem utrumque  
efficere summa ope conabor. Vos,  
Charissimi & Honoratissimi Dni  
Commilitones, solita frequentia &  
humanitate vestra me porro hono-  
rate & Valet.



PA

Lib



Tribun  
l. 3. §. 1  
§. 10.  
§. 2  
cipaler  
§. 3  
Tracta  
auctore  
stunt.  
Confir  
docen







ADMONITORIA

AD

PANDECTARUM

*Partem Primam.*

*Lib. I. Tit. I. De Iustitia & Jure.*

§. I.



Pandectæ sunt liber systematicus Jurisprudentiam ex Veterum JCtorum libris collectam continens. Dictæ a πᾶν & δεχόμεναι quasi omnia capiant, veterum scilicet JCtorum omnem prudentiam, etsi varie a

Tribuniano ejusve socii interpolatam, l. 2. §. 10. l. 3. §. 10. C. de V. 7. E. vid. Irner. inj. vapul. Coit. 22. §. 10.

§. 2. Exhibent 1. Proœmium, 2. Tractatum principalem, & 3. Appendicem Generalem.

§. 3. Proœmium est in Constitutionibus quatuor Tractatui principali præmissis. Vid. *Constit. Deo auctore. Constitut. Omnem. Constit. Tanta. Constitut. Dedit nobis.* quibus tum de Conceptione & Confirmatione Digestorum, tum de ratione juris docendi agitur.

A

§. 4.

§. 4. Tractatus principalis constat 50. libris, qui a Justiniano in septem partes distributi sunt. *l. 3. §. 1. C. de V. 7. E.* idque non perperam (ait ibidem) nec sine ratione, immo peroptime, *d. l. 3. §. 9.* unde Pandectæ synonymice *Digesta* appellatæ videntur propterea quod non omnino nullo sed certo ordine compositæ & ad methodum rationabilem *digesta* sint. Pars prima continetur quatuor primis Pandectarum libris. Pars secunda incipit a titulo de judiciis libro quinto. Tertia pars orditur a titulo de rebus creditis libro 12. Quarta a titulo de pignoribus & hypothecis libro vigesimo. Quintam partem explet 28. & sequentes de re agentes testamentaria. Sextæ parti tribuuntur libri 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. Tum septima sive ultima pars a libro Pandectarum 44, cis quinquagesimi libri finem decurrit. Quæ in septem partes divisio non tantum memoriæ subvenit: *vid. l. 44. de acq. vel am. poss.* Sed & usum alium præbet insignem quem collige sis ex *dicta Constitur. Omnem. §. 3.*

§. 5. Pars Prima duas iterum principaliter partes habet: quarum unam Generalem appellare queas, alteram Specialem.

§. 6. Pars Generalis quatuor proponit. Primo, Juris finem, qui est Justitiæ administratio. Est autem Justitia constans & perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi. *pr. l. b. r.* Hanc vulgo dividunt in Universalem & Particularem. Hanc iterum in Commutativam & Distributivam. Sed Themide invita. Dixi 2. *Sicilimemor. 13.* Quin & distinctionem

nem in Justitiam Attributricem & Explettricem, quarum hæc doceat cuique tribuere quod plene & perfecte ad eum pertinet, illa autem quod semiplene & probabiliter tantum ad eum pertinet ut sunt officia misericordiæ humanitatis & gratitudinis, tum quod nomina sint incongrua (cum quod plene perfecteque nostrum est, nobis potius dici debeat *attribui. pr. I. de J. & J. junct. pr. I. de act.*) tum quod in prætenfa illa *Attributrice* jus nostrum nullum sit, adeoque nec Justitia, sed officiorum tantum præstatio, rejiciendam esse credimus. Cessant ergo quotidianissimæ quæstiones, utra Justitia, Universalis an Particularis, Juris finis sit? idem quo referendæ sint pœnæ, ad Distributivam an ad Commutativam? an in hac magis quam in illa sit locus proportioni Geometricæ vel Arithmeticæ? Cessant hæc, inquam, omnia, adeoque pœnas nec ad Commutativam referimus cum Struvio *ff. exerc. 1. thes. 22. seqq.* nec ad Distributivam cum Perazio *ad Instit. de J. & J.* aliisque. Nec finem Juris agnoscimus Justitiam Universalem cum eodem Struvio *d. exerc. 1. thes. 37.* Bachov. & Hunn. *ad Trentl. 1. disp. 1. thes. 1.* Feltman. *spicileg. ad I. rit. de J. & J.* Biccio *aureor. jur. civ. prælog. §. 26.* Locamer. *quæst. Justin. 4.* Ungepaur. *1. exercit. Justin. 10.* sed nec Particularem cum Zæzio *ff. de J. & J.* Hahn. *ad Wes. ibid. d. 10.* Harprecht. *ad I. d. 1. n. 14. seqq.* Proportionem autem Arithmeticam & Geometricam ibi admittimus ubi leges admittunt: cum nec prætenfæ illi Distributivæ nec Commutativæ aut hæc

aut illa propria sit, ut vides apud Felm. & Struv. *d. locis.* & in nostris ad Laurerbachium 2. *Sicil. 13.*

§. 7. Secundo : Pars dicta Generalis agit de Jure, *rubr. ff. de Just. & Jur.*

§. 8. Jus variis modis accipitur. *l. pen. & l. f. h. t. rubr. ff. de in jus voc.* Hoc loco jus est ars æqui & boni. *l. i. pr. h. t.* Ubi per *bonum* intelligo quod rempublicam beat. *arg. l. 49. de V. S.* & ipsi æquo aliquid addit vel detrahit *l. 6. ff. h. t.* quod quidem ipsum iniquum non est, sed quia ex juris naturalis fonte non nisi probabiliter & per remotiores consequentias derivatur, pro æquo certitudine indubitata venditari nequit : quale inter innumera alia est semptem testium in testamento necessaria adhibitio. Qualia Jus Naturale non agnoscunt matrem, sed forte aviam proaviamve. *Grot. de j. bell. & pac. prolegom. n. 16.* Nec obstat, per hanc explicationem removeri Jus ipsum Naturale & Gentium, quippe quod ars æqui & boni ad hunc sensum non sit; ad-moneo enim, & dictam definitionem juris *in d. l. i. pr. h.* ad solum pertinere Jus Civile : veluti ex sequente dicta legis contextu apparet : præcipue *ex d. l. i. §. 2.* ubi Jus in Publicum & Privatum dividitur : & hoc iterum ex naturalibus præceptis, gentium aut civilibus, collectum esse, asseritur.

§. 9. De Publico & Privato Jure : nec non & de Naturali Gentium & Civili, dixi *ad instit. libr. i. tit. 2.* De Principio Juris Naturalis adæquato unico, multa atque anceps inter Doctores controversia est. Dico, distingui debere principia cognoscendi, a prin-

principio constituendi : Principium item constituens a constitutis. Hypothesin fundamentalem probationis, a principio obligationis, sed & hoc illamque a principiatis. Qui hæc distinguere nescit, æque ridiculus est, atque si ex. gr. Romam non distinguat a viis Romam tendentibus, nec vias ipsas integras ab earum principiis: nec legislatorem ab ipsis legibus latis: nec principium obligationis, a principio probationis. Hoc est finis creati a Deo mundi. Hic autem, est vel intuitu Dei vel nostri vel proximi. Principium ergo Juris Naturalis constituens & obligationis constituo aut potius agnosco ipsam Naturam id est Deum: ejus, inquam, voluntatem. Quod ipsum & Magnus noster agnovit Grotius de j. bell. & pac. prolegom. n. 12. & ibi in annotat. & libr. 1. c. 1. §. 10. Sed cum non satis sit, legislatorem jus constituisse, immo & promulgasse: nisi subditi id latum promulgatumque esse sciant: & hic in principia cognitionis sive fontes ut Grot. dict. proleg. n. 8. loquitur (intellige immediatos sive probationis & cognitionis: quippe quibus locum non omnem sed aliquem dat, etsi, quod nequaquam dat, daret, Deum non esse: d. prolog. in n.) investigandum est. Ubi dum hominem rationalem, socialem, & facultatibus naturalibus instructum deprehendo: video eundem non a se esse sed a Creatore aliquo: video eundem ad societatem propendere eademque omnino indigere, conf. Genes. 1. 28. l. 2. in f. de legib. video facultates a summo opifice inditas non frustra datas esse: hinc

1. concludo, creatorem illum benefactoremque meum omni amore & cultu esse, afficiendum: 2. societati humanae esse studendum: & 3. quatenus per priora licet, facultatibus meis me posse indulgere. Hinc tria cognitionis principia aut principia (ut scilicet creati mundi finis sit principium adæquatum unicum) adeoque subalterna fundamenta colloco, legesve latas deprehendo: veluti, Deum ama ejusque jussui obtempera: societatem cole: in cæteris fac sis quod lubet. Ubi miror illum ternarium numerum quosdam mirari, quasi novum sit plures, ab uno Legislatore promulgari leges. Et ut mirari desinant Christiani, invito hos ad *Matth. cap. 22. vers. 37. 38. 39. 40.* Si quis tamen unum *constitutum* velit, ille habeat hoc: *Ama. arg. d. c. 22. vers. 37. & seqq.* Quo tum inculcabitur *tergeminus* amor, erga Deum, inquam, se ipsum, & proximum. Veluti unum probationis indicavi, ex mundi creati fine.

§. 10. Ex quibus porro infero: ea quæ primi illius generis sunt Jura Naturalia, esse immutabilia, utpote ex immutabili Deitatis scaturigine procedentia. Cetera autem mutabilia esse, cum & societas & natura humana mutationibus obnoxia sint. Et quis hujusmodi Jura Naturalia sapius ab eorumdem opifice mutata esse, neget?

§. 11. Quod ergo Grotius *d. prolegom. n. 16.* humanam naturam Juris Naturalis matrem esse, affirmat: id non de omni Jure Naturali verum est, sed de illo duntaxat, quod ad posteriora illa duo de quibus §. 10. dixi, referri debet.

§. 12.

§. 12. Hæc eadem & Juris Gentium, secundum genealogiam illam Grotii d. n. 16. & seq. quasi aviam exhibent, aut proaviam. Jus enim Naturale produxit obligationem ex consensu, utilitatibus & necessitatibus humanis fundato: ex quo iterum Jura Gentium.

§. 13. Ex quibus tum corrui vulgata illa in Jus Gentium Primævum & Secundarium divisio. Istud enim Primævum a Jure Naturali diversum non est. Quod si autem Jus Naturale & Gentium a causa Efficiente mediata aut immediata non distinguas: sed ratione subditorum sive parentum pro uno eodemque habeas, itaque non nisi duo Jura, Gentium nempe & Civile, agnoscas: convenienter §. 11. & §. 41. I. de R. D. l. 84. §. 1. de R. I. recte Jus Gentium aliud Primævum agnosces, aliud Secundarium. Ita ut tum illud Primævum sit ipsissimum Jus Naturale: quod tum Gentium Jus appellabis quia omnes gentes ei parent, non tantum gens una, veluti hoc in Jure obtinet Civili, quippe quod quælibet civitas sibi habet proprium.

Tit. 2. de Origine Juris & omnium magistratum & successione prudentium.

§. 15.

Tertio, Juris originem hic docemur historicam. Ubi moneo, triplicem Romani populi atque juris per successiones temporum observari debere statum: nempe 1. Regium: 2. Libertatis sive Popularem: & 3. Imperatorium.

A 4

§. 16.

§. 16. Regium sub septem Regibus a Romulo in L. Tarquinius Superbum usque, per duo ferme sæcula cum dimidiato, decurrit. De quo lege sis *l. 2. §. 1. & §. 2. ff. de O 7.*

§. 17. Libertatis sive popularis status tres iterum discernantur epochæ. Antedecemviralis, Decemviralis, & Postdecemviralis. Prima harum cœpit, Regibus per Legem Tribunitiam exactis *l. 2. §. 3. h. t.* In hunc enim sensum commate interpungi debet textus *in d. l. 2. §. 3.* Nec enim Junius Brutus de legibus abrogandis, sed de regibus ejiciendis rogaverat. Secunda Epochæ illa Decemviralis vocatur non a Decem Viris *missis* (etsi ira habeas in *d. l. 2. §. 4.* fuerunt enim non nisi *tres* in Græciam legum petendarum causa missi) sed *constitutis* ad promulgationem, hancque non in tabulis *eboreis* (etsi id ita narret errans iterum JC. *in d. l. 2. §. 4.*) sed *ereis* decem, perficiendam: quibus postea accessere duæ tabulæ aliæ: unde tum enatæ celebratissimæ illæ duodecim tabularum leges. De tertia Epochæ *vid. d. l. 2. §. 5. & seqq. de O. I. & quæ dixiad. I. 1. aphor. 17. & Alex. ab Alex. gen. dier. VI. 23. & I. 3.*

§. 18. Imperatorius sive Cæsareus status cœpit a Lege Regiæ lata, qua Augusto populus omnem potestatem contulit. *d. l. 2 §. 11. de O. I. & §. 6. I. N. G. & C.*

§. 19. Imperatorii hujus status quinque possunt epochæ commendari: puta 1. ab Augusto ad Constantinum Magnum, trium sæculorum, quæ Imperatores habuerunt Ethnicos. 2. A Constantino Magno



gno ad Justinianum nostrum Magnum, trium ferme iterum sæculorum, aut saltem duorum & pluraquam semissis. 3. Ab hoc ad Carolum Magnum, qui anno Christi octingentesimo Romanum Imperium ejusque dignitatem ab Orientalibus sive Græcis Imperatoribus in se fecit transire. 4. Ab eo tempore ad Fridericum usque Barbarossam sive Primum. Tum 5. exinde in id quo nunc vescimur aera ætheria.

§. 20. Tertia quam dixi epocha Cæsarea istud habet memorabile inter alia (vid. quæ dixi ad 7. libr. 1. aphor. 1. seqq.) quod Longobardi, imperante Justino, nempe Curopalate sive Juniore aut Secundo qui Avunculum habuit Justinianum & filiam Arabiam de qua Rupert. ad Besold. pag. 582. (quod in transitu nota ad inscriptionem legis 10. C. de J. & f. ignor. de qua dixi *Irner. inj. vapul. c. 41. §. 10.*) Italiam invaserint, eandemque, Roma excepta, perducentos, & ultra annos, regno suo tenuerint. Occasionem fertur dedisse Narfes enunchus sed strenuus bellator qui a Sophia Justini conjugæ ad pensa, muliebri opus, domum revocatus: se talem, dixit, telam exorsurum quam ipsa nunquam esset, absolutura: itaque Longobardos qui tum Pannoniam incolebant excivit, qui (dulcibus pomis, carne succi plena, vino odorato, pulchris fœminis, piscium varietate, temperatoque aere, quibus Italiam gaudere audiverant, illecti. *Paul. Diacon. lib. 8.*) ad ducentorum millium numerum Italiam inundaverunt. Misit equidem istis Justinus Longinum

A 5 ob-

obviam Exarchum ( quasi diceret Imperatoris vicarium ) qui & cum successoribus suis partem Italiae defendit, & non potuit tamen Longobardos a maxima Italiae parte arcere. Unde tum Italia quasi triceps fuit, in Regnum Longobardicum, Exarchatum, & ditionem Romanam divisa. Unde & Pontificis Romani potentia crevit, & Longobardica jura in Italiam inducta sunt : eaque Feudorum in Italia origo est.

§. 21. Quarta illa quam a Carolo M. ortum trahere dixi Epocha, vel ideo notari debet quod leges quæ deinde ab Imperatoribus Græcis sive Orientalibus latae sunt, pro Romanis agnosci, aut Romani orbis subditis latae esse dici, non possint. Hinc Novellæ Leonis, etsi Corpori Juris Civilis vulgo subjectæ appareant, rectius tamen ab eodem avellentur : cum Romani orbis respectu leges nequaquam sint, sed ab Imperatore extero promulgatae quæ ad istos non magis spectant quam hodierni Turcarum Imperatoris sancita. Eadem ratio Basilicorum : quæ Basilius Macedo inchoavit, Leo perfecit, Constantinus Porphyrogeneta consummavit.

§. 22. Friderici Primi, de quo §. 18. supra dicere cœpi, tempora in sæculum a nato Christo duodecimum incidunt medium. Circa quod tempus nonnulla ad jus nostrum spectantia emerferunt notabilia. Primum est : Jus Romanum quod in Oriente jam per multum temporis per Longobardorum, Normannorum, Herulorum, Gothorum, aliarum-

rumo  
dat  
π α λ  
ante  
fæcu  
nos I  
prox  
quiff  
Loth  
hic b  
fus M  
varæ  
tini  
tiam  
Pifan  
ris, e  
que  
Mau  
§.  
Juri  
cere  
pera  
in It  
étas  
con  
ferta  
§.  
exco  
ste V  
olin

rumque nationum invasiones, quasi internecioni datum planeque sepultum fuerat, tum quasi per *παλιγενεσιαν* reviviscere coæpit. Cum enim jam ante Friderici. I. imperium, eodem tamen adhuc sæculo duodecimo, Lotharius Secundus Normannos Italia exigeret, urbemque Amalphim (Salerno proximam) expugnasset, repertum inibi est antiquissimum exemplar Pandectarum, quod dictus Lotharius II. & Pontifex Innocentius II. (nam & hic belli socius fuit) Pisanis, quod classe eos adversus Normannos juvissent, seu operæ egregie navatæ præmium, donaverunt: quod ipsius Florentini deinde jure belli victores ademerunt & Florentiam transtulerunt: unde Pandectæ Amalfitanæ, Pisanæ, & Florentinæ, audiunt. De quibus notis, eas ceterarum editionum fontem esse, omnibusque fere carere interpunctionibus: ut vides apud Mauritium *de libris Juris Commun. th. 9. & seqq.*

§. 23. Ita occasio fuit, & Pandectis & reliquo Juri Justiniano operam impendere, lucemque facere. Princeps interpretum emerfit Irnerius Imperatoris Consiliarius & Cancellarius, primusque in Italia Antecessor Bononiensis: qui non Pandectas tantum sed & Codicem glossis suis illustravit: consequenter & in Authenticas Codici jam olim insertas laborem suum conlulit.

§. 24. Sunt autem Authenticæ brevía quædam *excerpta* (*extracta* vulgus Legulejorum vocat: teste Vossio *de vit. sermon.*) ex Novellis Justiniani olim eruta & in Codicem Justiniani interjecta, quasi novelli

novelli juris repertoria. Cum enim Novellæ Justiniani prolixæ sint & plerumque præter necessitatem garrulæ, visum fuit jam confestim a Justiniani obitu, consultum esse, si jus illud Novellum in compendium mitteretur. Veluti illustris JCtus Julianus id Justiniano vix mortuo perfecit, epitomen Novellarum 125. edendo. Credibile omnino ut sit, vel Julianum ipsum vel circa ejus tempora alium, Novellarum istas epitomes, quas Authenticas appellamus, Codici intrulisse: ut tanto major legentibus esset commoditas, jus quippe novissimum ipsi Codici intrusum una serie legentibus: quod dicta illa epitome Julianæ non prættabat.

§. 25. Verum cum dictus Antecessor Irnerius deprehenderet, compendia illa in Codicem rejecta, aut curra nimis subinde esse aut alieno loco collocata: constituit (idem & alii deinde secuti sunt) eadem latius extrahere, illisque commodiorem locum assignare. Ut labor duplex sit Irnerii circa authenticas: tum in extrahendo id est extendendo & augendo: tum in assignatione commodioris loci, occupatus. Unde quilibet videt, Irnerium nullarum authenticarum integrarum primum autorem esse. Quod si ergo alicubi legis, Irnerium authenticas *extraxisse, aptasse, posuisse, assignasse, compilasse*, id ne te turbet. Enimvero an *extrahere*, est idem quod *primum auctorem esse*? Nil minus. Apud Q. Curtium *libr. 8. c. 6.* habes convivium in lucem *extractum*: veluti in l. 10. ff. ad exhib. *judicium in aliquo tempus extractum*: id est pro-

prod  
ut i  
aut c  
4. od  
est fe  
est ill  
gnare  
78. ib  
Omn  
quid  
orig. n  
conde  
ita su  
versa  
cusab  
meri  
compi  
dit, i  
quere  
§.  
temp  
Juris  
§.  
nonie  
exemp  
ordie  
nunc  
parur  
vir, a  
Roma

productum & protractum. *Aptare* est applicare: ut in illo Horatii: *aptantur enses dexteris. in epod.* aut commodum quid reddere: ut apud eundem 4. od. 12. Conf. *Phædr. 4. fabul. 14.* Nec morari potest sequens: *Ponere.* Nam *ponere constitutionem* est illi locum quendam assignare. 2. *Feud. 9.* Assignare quid sit, *vid. in l. 107. de V. S. Conf. Tacit. 3. hist. 78. ibi: culpam omnium uni assignare. add. Auth. Omnes peregrini. C. comm. de success.* Compilare quid? Docet Festus. in *compilare*: & Isidor. *libr. orig. 10.* *Compilare*, ait Festus, est cogere & in unum condere. *Compiler*, inquit Isidorus, qui aliena dicta suis permiscet: sicut solent pigmentarii in pila diversa mixta contundere. Hoc scelere quondam accusabatur Mantuanus ille vates, cum quosdam Homeri versus transferens suis permiscuit: & cum compiler veterum ab emulis diceretur, ille respondit, magnarum esse virium clavam Herculi extorquere de manu.

§. 26. Porro notari meretur, circa idem ferme tempus prodisse compilationes Juris Canonici & Juris Feudalis.

§. 27. Er illud quidem Monachus quidam Bononiensis (forte Antecessoris Bononiensis Irnerii exemplo excitus) Gratianus, ordinis S. Benedicti, ordiendo: primam Corporis Juris Canonici, ut nunc est partem, quæ Decretum vocatur, ex variis patrum dictis, conciliorumque decretis concinnavit, adjectis etiam variis ex S. Scriptura, Legibus Romanis, & Pontificum constitutionibus, excerptis.

pris. Immo & de suo nonnihil intrufit : forte & canones illos quos Paleas id est rem nauci & levem, infcribi videmus. *vid. c. 1. dist. 5. c. 2. dist. 6. c. 13. & seq. dist. 96.* Vid. quæ scripsi de *Jure Ventris parte. 10. sect. 1. §. 9.* Unde decidi debet quæstio : an Decretum vi legum polleat? quod negandum, nisi quatenus ex iis quæ legum vim habent, depromptum est, vid. Delrio *disquis. Magic. libr. 5. sect. 16.* Plettenberg. *introd. in jus Canon. c. 22. n. 3.* Zoel. *ad decretal. præfat. n. 10.* Divisum est hoc Decretum in tres partes : Pars prima habet distinctiones. Secunda : causas & quæstiones : nullas distinctiones : excepta causa 3. quæstione 33. ubi septem distinctionibus agitur de pœnitentia. Tertia pars Decreti habet quinque distinctiones de consecratione. Quoties ergo distinctionis mentio fit, & de pœnitentia aut consecratione nihil adjicitur, tene lis, indicati textum partis primæ Decreti.

§. 28. Accessit deinde Pars Juris Canonici posterior, quæ complectitur quinque partes, quæ Decretalium (subintellige Epistolarum : *conf. §. 6. l. de j. nat. g. &c.*) titulum præ se ferunt. Harum prima citari solet per X, quod denotat *extra*, scilicet extra Decretum : complectiturque quinque Decretalium libros auctoritate Pontificis Gregorii IX, editos. Secunda pars citatur : *in Sexto*, vel : *in 6.* Quia continet sextum Decretalium librum a Bonifacio IIX, compositum. Tertia Pars continet Clementinas, dictas a Clemente V. qui eas congregavit, etsi ab ejus successore demum sint editæ. Solent-

lentque allegari per *clem.* vel *clement* : Quarta Pars continet extravagantes Johannis XXII. Quinta, plurimum Pontificum decretales : hinc vocantur extravagantes communes : illæ soli Johanni XXII. debeantur. Solentque & allegando distingui, ut illæ *extravag. hæc autem extravag. commun.* citentur.

§. 29. Has quinque Decretalium Partes apud illos qui majestati Pontificiæ parent, legum vim habere, dubitari nequit. Apud ceteros valebunt ex recepto : ad instar Juris Justiniani. Cumque Jus Canonicum prius recipi potuerit quam Jus Civile, utpote cum Civile per aliquot sæcula ignoratum delituerit, consequitur, in dubio potius receptum censei Jus Canonicum quam Civile. *vid. Irner. injur. v. apul. coit. 32. §. 16.*

§. 29. Accessit equidem & Juri Canonico liber decretalium Septimus opera Petri Matthæi JC. concinnatus : item Lancelotti, nec non Canisii, aliorumque Institutiones Juris Canonici : sed absque ulla hæctenus Pontificis alicujus confirmatione.

§. 30. Jus Feudale (de quo §. 26. dixi) jam olim sæculo sexto & sequentibus in Italiam ex Germania productum, tandem duo Consules Mediolanenses Gerhardus Niger Capagistus & Obertus de Orto, temporibus Friderici I. colligere cœperunt, ab aliis deinde, speciatim ab Hugolino Jcto sub Friderico II. adactum, duobusque libris ex Glossæ auctoritate comprehensum, & decimæ collationis titulo

tulo a nonnullis insignitur. vid. Maurit. 1. feud. controvers. 9. Hoc Jus Feudale constitutionibus confirmatum esse, admonui ad *Feltmanni tr. de feud. not. 11.*

§. 31. Hisiisdem temporibus novum incrementum accepit Corpus Juris Civilis, dum Friderici I. & II. aliorumque Imperatorum constitutiones ad finem dicti Corporis Juris, immo & nonnulla eorundem Fridericorum Leges in ipsum Codicem Justinianeam deductæ sunt, veluti Friderici I. est *Auth. Sacramenta puerum. C. Si adv. vendit. & Auth. Habita C. ne fil. pro patr.* Friderici autem Secundi *Auth. Gazaros. C. de heret.* Hujus tempore cum Irnerius amplius non vixerit, sequitur, plures auctores esse Authenticarum: ut & dixi *Irner. inj. vap. in prolusion*

§. 32. Ad hoc caput pertinet historia Magistratum & Jctorum Romanorum. De illis legatur *l. 2. §. 14. & seqq. h. t.* De his *d. l. 2. §. 35. seqq.*

### Tit. 3. De Legibus Senatusque consultis & longa consuetudine.

§. 33.

Quarto Juris species exponuntur famosiores: in quibus secundum rubricas Pandectarum sunt: 1. Lex, 2. Senatus consultum, 3. Longa consuetudo: 4. Constitutiones Principum, *rubr. ff. h. t. & tit. seq.*

§. 34. Lex alibi strictius pro *populiscito* (ut Tacitus



citus 3. *annal.* 58. n. 2. & Corn. Nepos *Aristid.* c. 1. n. 5. loquuntur ) accipitur §. 4. *I. de jur. natur.* Alibi pactum notat. *l. 39. de pact. rubr. ff. de lege commissor.*

§. 35. Hoc loco idem est quod Jus Civile expressa Legislatoris voluntate promulgatum *arg. rubr. ff. h. t.* Notabiliter in *l. 1. & l. 2. h. t.* vocatur *communis reipublicæ sive civitatis sponso.* Sponsonem intellige expressam, qualis in stipulationibus obrinebat. §. 1. *I. de V. O.* Ceterum, & pactum tale tacitum inesse consuetudini, quis neget? enimvero *quid interest, suffragio populus voluntatem suam declaret an rebus ipsis & factis?* *l. 32. §. 1. de legib.* Unde omne Jus Civile adjunctum habet pactum aliquod singulorum civium aut expressum aut tacitum. Unde non est quod cives de legum duritie conquerantur, postquam in eas semel consenserunt. Volentibus enim non fit injuria. Unde & ad pœnas civiles quasi ex contractu obligabuntur *l. 34. jur. fisc. l. 52. inf. de re jud.* Adde sis quæ dixi *libr. 4. ad Inst. aph. 68. inf.* ubi de filiofam mutuuum pecuniarium accipiente, quem id salva conscientia retinere posse, dicta pacti civilis indoles efficit.

§. 36. Præterea legum natura est, ut ferantur de rebus quæ eveniunt plerumque: quæ enim raro existunt, ea prætereunt legumlatores *l. 3. l. 4. l. 5. l. 6. ff. de legibus.* Immo, dicat quis, de rebus etiam rarissime emergentibus leges latas esse constat. Ita exemplum habes in *l. 7. §. 5. A. R. D.* Vis alia? Quinquagenaria majorem parere, mirabile est & raro contingens *l. 12. C. de legit. her.* & tamen dicta lex

B

12. de

12. detali partu lata est. Infulam in mari nasci rarum est ; & tamen de ea extrat. §. 22. *I. de R. D.* Mulieres donare rarum est *arg. l. 33. §. 1. de don. int. v. & ux.* & tamen de eo est *l. 16. C. don. ante nupt.* Ut de *l. 3. Si pars her. pet. & l. 36. de solut.* nec non *l. 11. pr. ad L. Aq.* nil addam. Quid respondemus ? Sunt qui distinguant inter rara jam facta & futura. Ut de his leges non ferantur : at de illis ferri. Quæ responsio manifeste impingit in *l. 6. h. t.* Missis aliis, dico, distinguendum esse inter legum partem potiore & pauciore. Hanc responsionem commendat ipsa *l. 5. h. t.* in verbo *potius 2.* & confirmat experientia, qua nil certius est, quam potiore legum partem de rebus plerumque evenientibus latam esse : paucissimam, de raris.

§. 37. Sunt, qui ad dictas leges 3. 4. 5. & 6. h. t. distinguant inter inopinata & rara. Quod tolerabile est, non equidem ad removendas objectiones de quibus modo §. 36. dixi ? sed ad differentiam quandam constituendam & tautologiam evitandam in dictis quatuor legibus. Ut dicta *l. 3. h. t.* loquatur (ut facit) de inopinis. Ut sensus sit : legum eam naturam esse ut si quid præter opinionem eveniat, id regulam a lege propositam non evertere, immo & tum regulam in hunc casum inopinum operari. Ita feriarum messibus vindemiisque indultarum ratio est, favor agriculturæ vindemiæque *l. 1. pr. in fin. de fer.* at finge nunc esse eandem osorem, poteritne invitus in jus vocari ? nil minus. Leges talem *παρὰ βάλυσι. l. 6. h. t.* Aliud.

Leges

Leges ante duos menses non obligant *Nov. 66. c. 1.*  
 at si alicui antea innotuerint? præteritur.

§. 38. Quin cur non ad evitandam dictarum  
 quatuor legum quam dixi tautologiam, dicere li-  
 ceat, respici & ad regularum exceptiones. Ad quas  
 & privilegia referre licet. Ut mens sit *d. l. 6. h. le-*  
*gislatores in legibus condendis regulam condere,*  
*salvis exceptionibus & jure singulari. v. l. 1. l. 80. l.*  
*202. de R. f. l. 1. de reg. Canton. vid. l. 67. fin. de contr.*  
*emr.*

§. 39. Præterea, legum ea natura est, ut ad fu-  
 tura negotia spectent, non ad præterita *l. 22. ff. l. 7.*  
*C. b. nisi scil. Legislatori aliud placuerit, ceu vigo-*  
*re Dominii sui Eminentis facere potest. l. f. C. de*  
*pañ. pign. Nov. 115. C. 1. in fin.*

§. 40. Dixi de hoc Dominio Eminente *tract. de*  
*jure Ventr. part. 2. sect. 1. num. 1.* ubi vide sis. Ad-  
 do argumentum dissentientium (inter quos emi-  
 nent Zieglerus & Feldenus *notis ad Grot. lib. 1. cap.*  
*1. §. 6. & Lyserus specialib. integr. dissertationib.*)  
 fortissimum, ut videretur. Dicunt: Dominos habe-  
 re etiam jus abutendi: at Dominium (quod voca-  
 mus) Eminens isto jure non gaudere. Sed id nil  
 nisi palea est. Respondeo enim 1. quod ad *utili-*  
*tatem* re nostra utamur, id non impedire naturam  
 dominii. 2. differentiam specierum non tollere  
 convenientiam in communi genere. Species in-  
 ter se differere debent: alias enim non essent diversæ  
 species. Argumentum ergo oppositum hoc sal-  
 tem evincit, quod Dominium Eminens non sit idem  
 cum

cum Dominio Vulgari: quod concedimus, immo volumus. 3. domini naturam per se de Jure Naturali non dare potestatem abutendi, etsi Legislator Civilis abutentem non puniat.

§. 41. Legis virtus est: imperare, vetare, permittere, punire. *l. 7. b.* Datur ergo & Jus aliquod permissivum sive permittens: ut non omne sit præcipiens.

§. 42. Sed annon & quinta legis virtus est: *suadere*? Profecto. *pr. l. de nupt. §. 10. l. de testam. §. 3. l. subst. pupill.* Legatur quæso *l. 24. de R. V.* & ita capiatur *l. 34. ff. h. t.* Quin est & Sexta legis virtus: *remunerari. l. 5. C. quæ res pign. obl. poss.*

§. 43. Ad interpretationem juris nota, (1) legem unam ex alia esse suppleendam, & unam legem ad aliam pertinere *l. 26. l. 28. b.* Legislator enim est contentus quod semel mentem suam declaraverit. *§ pen. l. de L. Aquil.* Item (2) incivile esse nisi tota lege perspecta de parte ejus velle judicare. *l. 24. b. t.* Item (3) Scire leges non hoc esse verba earum tenere, sed vim arque potestatem. *l. 17. b.* quacum confer *l. 13. §. 2. excusat. l. 6. §. 1. V. S.* (4) Plura vide sis in *l. 14. seq. l. 20. l. 21. l. 29. b. t.*

§. 44. Senatusconsultum (*v. §. 33. supra*) est jus quod Senatus constituit *l. 9. b.* Cum enim Imperatores remp. occupassent, populo tamen sub initio conculcata per eosdem Imperatores libertatis, umbram ejus relinquendam esse, intelligerent, placuit vice populi nimium adaucti, Senatui illum præstare honorè ut ab Imperatoribus confuleretur §. 5.

*l. de*

*I. de jur. nat. l. f. in f. C. de legib.* Quam consultationem per Orationes (sive epistolas *l. 1. §. f. off. quest.*) sive a seipsis sive aliis Imperatorum vicem gerentibus pronuntiatam, Senatui proponebant : unde jus SCto inductum, nunc Principis orationi nunc SCto tributum invenies. At in libera rep. non super jure constituendo, sed super alia reip. cura, consilia sua Senatus instituebat. *l. 2. §. 9. b.* legum quippe latio, veluti & belli inferendi finiendique arbitrium, & magistratuum creatio, erant penes populum. *Dionys. libr. 6.*

§. 45. Longa Consuetudo (*jung. §. 33. supr.*) est jus non scriptum per diuturnos mores civium & tacitum Majestatis assensum introductum. *§. 9. l. jur. nat. l. 2. C. q. sit long. c.* Per eam, legem scriptam anteriorem abrogari, dubio videtur carere : §. *pen. I. de jur. natur. arg. §. 9. eod. junct. l. f. de constit. princ.* Nec obstat. *l. 2. C. que sit long. c.* utpote quæ vel de lege posteriori : vel ad mentem d. §. noni ( ut non vincere sit, imitari ) est accipienda *arg. §. 43. num. 1. supra.* Dissent. Connan. *1. comm. 9. num. 10.* Giph. *ad §. pen. I. de jur. nat. gent. & civ.* Quantum autem temporis hic requiratur, arbitrio judicis, cum tempus circa hunc articulum ( a diversis *in l. 56. loc. l. 1. §. f. l. 2. §. 1. & §. 3. de aqua & aq. plu. pr. I. de usucap. non valente consequentia. l. f. calumn.* ) nulla lege determinatum sit, committendum est *l. 1. fin. jur. delib. Menoch. arb. jud. quest. libr. 2. q. 81. num. 2. seqq. Bronchorst. centur. 1. ass. 8. Diff. Mynsinger. 6. observat. 41. num. 9. seqq. Vultej. ad §. 9. I. de jur.*

*jur. nat.* Donell, 11. *comm.* 10. Zoef. ff. *de legib. num.* 77. Cui eidem iudicis arbitrio relinquenda est & actuum frequentiae determinatio, *arg. d. l. i.* Connan. 7. *comm.* 10. Scoran. *ad ff. disputat.* 12. *th.* 1. Diss. Mynsing. *dict. observ.* 41. *num.* 7. Gail. 2. *observ.* 21. *num.* 6. Coler. *de process. execut. part. i. c. 3. num.* 34. Unde nec necessario requiruntur actus judiciales: etsi eosdem adducere perutile sit quale consilium subministrat *l. 34. h. vid. §. 42. supr.* Conf. Coraf *ad l. 38. ff. de legib. num.* 2. Gail. 2. *obs.* 31. *num.* 8. Dissent. Gloss. *ad l. 34. ff. de LL.*

### Tit. 4. de Constitutionibus Principum.

§. 46.

**R**estat ex §. 33. supra, ut de Constitutionibus Principum addamus. De his dixi *ad l. libr. 1. aphor. 17.* Hic noto *l. i. §. 1. h. t.* credoque, ea quæ ibi de epistola & subscriptione, decreto item & interlocutione, dicuntur, accipienda esse cum supplemento ex *l. 3. C. de legib.* si nimirum pateat, mentem legislatoris eam esse, quæ in certis casibus prolata sunt, in ceteris debere generaliter observari. Si de ali enim mente non appareat, non gaudebunt vigore juris generalis: ne quidem sententiæ, inquam, definitivæ. Subque hac distinctione facilimo negotio componitur dissidium inter *d. l. i. §. 1. ff. h. t. ult. C. de legib.* & *l. 2. C. cod.* Legem enim unam ex alia suppleendam esse, admonui *supra §. 43. n. 1.* Idem ergo supplementum adhibeo & *ad §. 6. l. de j. nat.*

Tit.

## Tit. 5. De statu hominum.

§. 47.

**H**ic incipit Pars Specialis de qua admonui §. 5. <sup>supr.</sup> Hæc Jus expendit quatenus ad caput de 1. Personibus 2. Rebus 3. Actionibus, pertinet. §. ult. I. de jur. nat. l. 2. h. t. Dixi pertinet. Ita enim est & utroque in textu quem hic adduxi. Ut inepte inde tria Jurisprudentiæ objecta gestias fabricare. Objectum hujus non est nisi unum, actiones scil. hominum morales, in quod jurisprudentiæ finis possit introduci.

§. 48. Per personas intellige hoc loco homines *rubr. ff. h. t. junct. rubr. I de j. person.* Quorum divisio varia est pro diverso eorumdem statu: quem vel ex Jure Naturali vel Gentium vel Civili habent. Etsi enim alibi *Status* strictè accipitur, pro capite nempe libertatis, civitatis, & familiæ *pr. I. de cap. demin. junct. §. 4. & §. 5. eod.* immo adhuc strictius pro statu civitatis *l. 1. §. 8. ad SC. Terrull.* hoc tamen loco latius accipi, divisiones quas subijciam, edocent.

§. 49. Et quidem ex Jure Naturali homines sunt (1.) vel Masculi vel Fœminæ. Hermaphroditum tertiam speciem non efficiunt, utpote cum aut masculino aut sequiori sexui a priori veniant accensendi. *vid l. 10. de stat. homin. l. 15. de test. l. 6. §. ult. de lib. & post.* Pedantissimum ergo merum sapit, quod magister ille, Rufus apud Aufonium *epigr. 50.* volebat generis *neutri* eos esse. Usus id habet in

B 4

feu-

feudis a quibus arcentur fœminæ. Vid. Feltn. *tr. de feud. c. 2. th. 1. & c. 8. th. 7. & c. 9. th. 1.* Dicuntur autem Hermaphroditæ a Mercurio & Venere: quorum ille Hermes, hæc Aphrodite apud Græcos audit: de quibus Ovid. *libr. 4. metamorph. Mercurio puerum & diva Citheride natum Najades Ideis enutrivere sub antris, Cujus erat species in qua materque paterque Cognosci possent, nomen quoque traxit ab illis.*

§. 50. Marium fœminarumque par est conditio. *l. 4. C. de lib. præter.* Verum veluti & aliæ regulæ suum sæpe perdunt officium, falsæque sunt. *l. 1. de reg. jur. vid. §. 38. supra.* ita & idem fatum dicta regulæ experta est. Enimvero (1) marium conditio melior est, quod ad dignitates mûneraque & officia publica a quibus fœminæ remotæ sunt, juxta regulam *l. 2. de R. 7. Dixi, remotæ:* ita enim & textus *in d. l. 2.* quod intellige de remotione Juris Civilis: alioquin non tantum in regnis sæpe locum invenit illud: *Rex erat Elisabeth, nunc est regina Jacobus:* cui junge Mariam Regem Hungariæ: & Voadicam Britannorum (neque enim sexum in imperiis discernunt *Tacit. vit. Agricol. c. 16.*) aliamque ducem, apud Tac. *Agricol. cap. 16. & c. 31.* add. Chron. Colon. *f. 119. a.* sed & in jure privato videre est quam aptæ ad officia, *natura* productæ sint, veluti cum mater & avia ad tutelâs Jus Civile iterum admovit, a quibus positiva sua sanctione fœminas removerat. Sed non est id unicum caput quod mulierem pejoris conditionis præstat, enimvero

vero  
In m  
fœmi  
textu  
debet  
go De  
ris in  
& l. 1  
pul. c  
do m  
causu  
cum  
agitu  
Nov  
milit  
c. 10.  
fioni  
bent  
tæ su  
videl  
infra  
mini  
quib  
bent  
zel, r  
§.  
scitu  
rem  
pro  
ties



vero notanda est (2) *l. 9. ff. h. t. cujus verba sunt: In multis juris nostri articulis deterior est conditio feminarum quam masculorum.* Quo pertinent & textus Canonici in *c. est ordo. c. cum caput. c. mulier debet, caus. 33. quest. 5.* ubi nota: *quia non est imago Dei.* Huc refero (3) quod fœminæ errore juris indebitum solventes, id repetere nequeant *l. 10. § 1. ult. C. de jur. & fact. ignor. vid. Irner. injur. vapul. coit. 41. §. 10.* Contra (4) fœminarum aliquando melior est conditio, veluti cum in quibusdam causis jus ignorare possunt *l. 9. pr. de j. & f. ignor. cum incestus reæ fiunt non tam severe cum iisdem agitur atque quidem cum viris. l. 38. §. 1. de adulter. Novell. 12. cap. 1. Irner. injur. vapul. coit. 41. §. 2.* similiter in adulterio levius puniuntur. *Novell. 134. c. 10. can. indignantur caus. 32. quest. 6.* ex intercessionibus non obligantur *l. 1. §. 1. t. ad SC. Vell. habent beneficium Aub. Si qua mulier. C. d. t. munitæ sunt beneficio l. 12. C. qui pot. in pign. quæ aliaque videbimus infra suis locis. Interim vide aliud mox infra §. 52. vers. excepta.* Derelicta sexus fœminini vid. quæ scripsi *de Jure Filior. membr. 6. §. 1.* quibus adde sis illud de uxore sua Catharina scribentis Lutheri: *Dominus meus Kerba.* apud Tentzel. *reposit. bibl. cur.*

§. 51. Secundo, homines sunt vel Nati vel Nascituri. Hos vulgo *embryones* vocant: JCrus autem *Ventres* audiunt. De his nota regulam, eos pro natis haberi (fictione Juris affirmativa) quoties de ipsorum commodo agitur: alias non *l. 7.*

B 5

l. 26.

*l. 26. ff. h. t. Dixi singulari libro de Jure Ventris, latius,*

§. 52. Tertio, homines sunt vel infantes, vel pupilli, vel puberes, vel majores. Harum ætatum tempora Jus Civile determinavit, ut ad annum usque septimum infantia duret. *l. 18. C. jur. delibr. l. 1. §. 2. adm. tut. Macrob. 1. somn. Scip. 6.* Pupillaris ætas ut terminetur in masculis anno decimo quarto, in fœminis anno duodecimo. *pr. l. quib. mod. tutel. fin. l. 24. C. de nupt. l. ult. C. quand. tutor. esse des.* quod intellige de pubertate non plena: Plena enim anno demum decimo & octavo tam in fœminis quam in masculis, terminatur: excepta sola alimentorum causa, quæ pubertatem plenam In fœminis (eo quod maturius alimentis sibi parandis idoneæ sint) anno decimo quarto finit. *§. 4. l. de adopt. l. 14. §. 1. de aliment. legat.* In criminalibus etiam causis fœminæ, (ne debilia ista vascula gravius ob pubertatem puniantur masculis. *vid. c. 4. c. 32. q. 6.*) eodem anno puberes censentur quo masculi, *per Sanctionem Carolinam criminalem artic. 164.* De veteribus memorat Justinianus *pr. l. quib. mod. tutel. fin. l. f. C. quand. tutor. esse des.* eos pubertatem in masculis olim ex indecora inspectione æstimasse. Quod alii carpunt negantque. Quasi in magna scilicet, veterum castitate. Tu adde sis *Ulp. tit. XI. f. Tacit. 2. hist. 20. l. 32. de minor. Platon. de leg. 11. Quintilian. declam. 217.*

§. 53. Cumque leges in determinatione ætatum præcise ultimum momentum exigere soleant *l. 3.*

§. 3.

§. 3. minorib. l. 3. de jur. immun. l. 2. pr. de exc. tut. Ovid. 5. fastor. 6. 5. nisi aliud inquam expresse cautum sit, veluti l. 5. ff. qui testam. fac. poss. l. 8. de muner. & hon. conveniens omnino juris analogiæ est, ut in quaestione, quis pubertati, quis infantia, proximus dicatur? abscisse annorum numerum respiciamus. Consequenter ut masculus infantia proximus dicatur ab anno septimo usque ad annum undecimum dimidiatum; & anni undecimi menses sex posteriores una cum anno duodecimo & duobus sequentibus annis, pubertati proximos contineant, Quod & §. 18. l. de obl. qua ex del. nascunt. & l. iii. de reg. jur. manifeste exigunt, dum ætas pubertati proxima ibidem a doli capacitate distinguitur, ut scilicet quidam pubertati proximi sint doli capaces, quidam autem non sint.

§. 54. A pubertate ad annum usque vigesimum quintum dicimur stricta acceptione (late enim loquendo etiam ipsi impuberes tales sunt §. 2. l. quib. alien. lic.) minores, ita ut si vel minimum momentum de anno vigesimo quinto reliquum sit, id minorennitati adhuc imputandum veniat l. 3. §. 3. min. quod veluti usum habet quod ad beneficium restitutionis in integrum minoribus competens §. 5. l. de her. qual. & diff. §. 33. l. de action. ita & exceptionem in l. 8. ff. mun. & hon. Hoc idem vitæ spatium venit & secundæ ætatis appellatione, l. 8. §. 3. C. de bon. qua liber. & adolescentiæ. §. 2. de curat. junct. l. 69. legat. 3.

§. 55. Majorum alii juvenes sunt, alii senes. Ubi illud

illud controversissimum est, a quo anno senectus incipiat? vid. Menoch, *arb. judic. quest. libr. 2. cas. 59.* Carpzov. *criminal. quest. 144. num. 13. seqq.* Mirum profecto, si leges quæ aliis ætatibus determinandis tam curiosæ sunt, hac unice in parte accusationem suam deseruerunt. *Jura* (inquit Ovidius §. Falstor.) *dabat populo senior, finitaque certis legibus est ætas.* Mihi ut persuasum sit, senectutem ab anno septuagesimo completo initium capere arg. l. 2. §. ult. ff. de decurionib. collata lege 3. C. eod. & l. f. C. qui at. vel prof. l. 3. ff. j. immun. l. 2. §. 7. de vocat. Nec moratur, aliquando anno ætatis quinquagesimo quinto immunitatem indulgeri d. l. f. C. qui atat. vel prof. cum id non senectutis privilegium sit, sed decurionatus, qui & alia meruit. §. ult. l. de nupt. Conf. §. 38. supra.

§. 56. Ætas intra vigesimum quintum annum & senectutem interposita, vocatur juvenus l. 69. inf. de leg. 3. & ætas virilis l. 1. §. 2. de minor. synonymice. Vocatur & sua ætas & legitima. l. 27. de negot. gest. & perfecta. l. 1. §. 2. mix. l. f. C. legit. tut. Et ita in dubio semper l. f. C. qui ven. atat. nisi subjecta materia aliud velit §. p. I. Att. tut.

§. 57. Ex dictis patet, Senectutem non recte sextam hominis ætatem vocari: cum sit quarta. Nec obstat c. un. caus. 35. quest. 4. per ea quæ vides §. 27. supra. Interim vid. l. 5. pr. de jur. immun.

§. 58. Sed pergamus ad divisiones ex Jure Gentium. Hoc Jure Homines vel Liberi sunt vel Servi.

Hanc

Hanc divisionem Gentium Juri suos debere natales, agnoscit Justinianus §. 2. *l. de j. person. pr. l. de libertin.* societatisque custodia confirmat, de qua confer §. 3. *l. de jur. pers.* Quod autem idem Justinianus §. 1. *l. de his qui sunt sui vel al. jur.* asserit, apud omnes peræque gentes, dominis in servos jus vitæ necisque fuisse, id credat Justinianæ aliquis glebæ adscriptus, non ego, quid enim societatis custodia magis inimicum, quam servum, a quo nil periculi metuas, qui aliquando nil peccavit nec peccabit quod scias, quem te servaturum promiseras, qui commodum societatis humanæ instrumentum præstare poterat occidere?

§. 59. Ex hoc eodem fundamento est, homines in dubio præsumi bonos *l. 51. pro soc. l. 77. §. 25. de legat. 2.* quia scilicet societatem humanam adeo sibi utilem & necessariam, in quam semel recepti sunt, præsumuntur velle excolere. *arg. l. 3. de f. & f. l. 7. de serv. exportand.* Cave de bonitate Theologica dictam præsumtionem intelligas. Sed & cessabit eadem præsumptio, ubi quis malitatis alicujus reus evaserit: tum enim semel malus, in eodem mali genere malus porro præsumetur *c. 8. de reg. jur. in 6. arg. l. 3. §. 12. l. 5. pr. de re militar. l. 22. de prob* Quo pertinet illud in Chronico Coloniensi fol. 204. b. *ibi: Mendo an enim &c.*

### *Tit. 6. De his qui sui vel alieni juris sunt.*

§. 60.

**R**estat ut divisiones ex Jure Civili addamus. Hæc occurrit illa quam rubrica hujus tituli indicat:

dicat : ubi vocabulum *juris* notat potestatem non tantum dirigentem, qualem etiam tutores curatoresque habent §. 1. §. 2. *I. de tutel. l. 8. C. de nupt.* sed simul acquirentem, quali patres gaudent bona in dominio sunt dominorum ; sed & liberi cum omnibus quæ tenent, in dominio patrum. Et si hæc potestas Jure Posteriori valde limitata est. §. *ult. I. h. t. §. 1. I. per quas pers. nob. acq.* Maner nihilominus & Jure Antiquo & Posteriori verum, nullas alias esse gentes quæ talem potestatem in servos liberosque habeant, qualem Romanæ leges aut olim agnoverunt aut adhuc indulgent. *vid. §. 2. I. de patr. pot.*

§. 61. Eadem ratione & divisionem personarum in Laicos & Clericos Juri Civili adsigno. Nullæ enim aliæ gentes tali conditione clericos impertinentur, quali Jus Civile. *vid. l. 19. §. t. t. C. de Episc. & Cler. & Perez. ad d. t.* Sunt autem Clerici qui divino cultui ministeria religionis impendunt. *v. l. 6. C. d. t. Gothofr. not. ad rubr. C. d. t.* His matrimonia permitti, vides *ex l. 2. §. f. C. d. t.* Verum Jure Canonico id mutatum ; ita ut & concubiniariæ meretriciæque conjunctiones ipsis interdictæ sint. *t. t. x. de cohabit. cleric. & mul. t. t. x. de Cler. conjugat.* Sunt tamen a quibus nihil humani alienum sit homines ; ut vides *tr. nostr. de Jure Filiorum membr. 7. §. 11.* Clericis accensentur nunc & Monachi ; qui monasterio patrimonium suum, salva liberis legitima & uxoris dote *v. Nov. 5. c.*

s. &

5. & Novell. 123. c. 38. acquirunt : ut sint in potestate Abbatis, quasi patria. c. 3. quest. 3. caus. 19.

§. 62. Immo, dicat quis, eis quæ §. 58. dicta sunt obstat, natura servos produci, ut servitus magis ex Jure Naturæ sit. *Arist. 1. Polit. 3. Tac. Agric. c. 31. ibi: nata servituti mancipia.* Sed negandum omnino est talem servitutem qualem gentes introduxerunt, quæ scilicet & in sagacissimos & aptissimos exercetur, jure naturæ introductam esse. Etsi par sit, stupidiorem prudentiori cedere. Si quis hoc servitutem velit vocare : erit non nisi impropria. Saltim naturalis : non legalis : qua distinctione utitur Bennecker. *ad Tac. quest. 205.* Nobis omnis servitus est legalis : istique naturali adversa, cum & stupidior possit dominus esse prudentioris. Ut naturalis ista servitus, qualiscunque ea est, non sit nisi juris naturalis permixta.

*Tit. 7. De adoptionibus & emancipationibus & aliis modis quibus jus patriæ potestatis solvitur.*

§. 63.

**P**atriæ potestas, de qua titulo præcedente monuimus, variis modis acquiritur, variis solvitur : de quibus latius tractatur ad Institutionum librum primum. De legitimatione heic quæro : *An per matrimonium aut legitimetur & nepos ?* Sunt qui negent *per l. 37. §. 7. de oper. libert.* Sed ad hunc textum respondi *Admonit. part. 6. §. 39.* Nos affirmamus

manus. 1. Quia nepotes sub voce *liberorum* comprehenduntur §. *ult. I. qui testament. tutor. dari pos.* l. 220. ff. *de V. S.* at textus nonnulli, qui de legitimatione loquuntur, utuntur voce *liberorum*, eoque confectis dotalibus instrumentis ajunt legitimum §. *ult. I. de nupt. l. 10. de naturalib. lib.* quo & spectat 2. quod *stirps* & *soboles* dicatur legitimum. d. l. 10. *C. nat. lib.* qui 3. *una eademque lance debent trutinari.* d. l. 10. Adhuc in d. l. 10. nota sis 4. distinguere ibidem *liberos a filiis.* vid. d. l. 10. *in fin. junct. l. 5. in med. C. d. t.* De *liberis* prædicatur, eos fieri legitimos; Sed de *filiis*, eos redigi in potestatem patriam. Ergo *filiis* fiunt sui & legitimi: *Liberi* ulterioris gradus non sui sed duntaxat legitimi. Quo §. respiciunt ultima præfati in d. l. 10. textus verba, ubi *plurimum matrimoniorum* mentio fit, ut filii ex uno, ceteri liberi ex altero matrimonio geniti intelligantur. Ratio autem quod soli filii sui fiant, non etiam nepotes, est luculenta hæc, quod nepotum pater non fuerit in patris sui (qui nepotum avus est) potestate: enimvero ita demum nepos neptivæ, pronepos proneptivæ, suorum heredum numero sunt, si præcedens persona defierit in potestate parentis esse §. 2. *I. de hered. quæ ab intestat. defer.* at pater nepotis non potest in potestate patris definire esse, cum nunquam in ea fuerit. arg. l. 76. *de solution.*

§. 64. Unde errat Struvius exercit ff. 3. *thes. 52.* existimando, nepotem legitimum in potestatem avi redigi.

§. 65.





§. 65. Nobilitatem per adoptionem liberis adoptatis acquiri, non dubito, per ea quæ habet Gothofredus ad l. 23. ff. de adopt. § ad l. 2. §. 4. ff. unde de cogn. quæ ibi legi possunt. Quod cum Moribus abrogatum non sit, cur stare prohibeatur? l. 27. C. de inoffic. testam. vid. Arumæ. ad l. disp. 2. thes. 21. Certe, si alicubi in Germania usu invaluit, ut ad torneamenta, cænobia, aut comitia, nemo admittatur nisi qui paterni generis non tantum sed & materni certos ascendentes ex quibus progenitus sit, numerare valeat: id ad consequentias trahi non potest arg. l. 32. inf. C. de appell. Conf. Rhet. 1. jur. public. 19. §. 8.

§. 66. Nuptiis Patriam Potestatem hodie solvi, notum est. Dixi de jure filior. membr. 2. Iisdemque tacitam inesse emancipationem, statuitur, quatenus de liberorum commodo agitur. Sand. 2. tit. 7. def. 5. Præmium certe emancipationis, de quo §. 2. l. per quas pers. cuiq. acq. ad eas non pertinet, arg. l. 19. de rit. nupt. junct. §. f. l. quib. mod. jus patr. pot. toll. l. 60. f. cond. indeb. Sed nec ad separatam habitationem id pertinet: non tantum de consuetudine Saxonix, de qua Carpzov. 2. 10. def. 5. Sed & generali, vid. Kettler, decis. 15. cujus incunabula a Germanorum æconomix antiquæ indole, de qua Tacit. de mor. German. c. 21. & Cæsar. 6. bell. Gall. 23. arcesso. Ut rectius distinctum hic patriam potestatem solvendi modum agnoveris, quam emancipationem, arg. l. f. cal. junct. d. l. 60. f.

C

Tit.

## Tit. 8. de Rerum Divisione.

§. 67.

**H**Æc sufficiant de Personis. Lustremus caput secundum de Rebus : harum summa divisio est, quod sint vel divini Juris, vel humani. *vid. l. 1. h. r.* Divini juris sunt res Sacræ, Religiosæ, & Sanctæ. Res humani juris aliæ iterum sunt publicæ, aliæ privatæ. Item aliæ res sunt in patrimonio, aliæ extra patrimonium. Aliæ corporales, aliæ incorporales. Corporales vel Mobiles sunt vel Immobiles. Mobiles iterum vel mobiles in specie vel se moventes. *Dixi ad L. Vinum §. 17.* Distinctio autem rerum quod aliæ in bonis sint, aliæ non : est eadem cum illa qua in patrimonio aliæ sunt, aliæ non sunt. A patrimonio autem differt dominium velut species a genere. In patrimonio enim sive bonis sunt omnia ea quæ nos beant id est quæ nobis profunt : unde, Jus Personarum, Jus in Re, Jus Obligationis sive Ad rem, ambitu patrimonii comprehenduntur : oriunturque ex Jure Personarum Actiones Præjudiciales, ex Jure in re Vindicationes, ex Jure ad rem Conditiones. At dominium est Juris in re solius una species. Jus enim in re varias iterum species sub se de Jure Justiniano complectitur : videlicet 1. Dominium 2. Pignus. 3. Servitutem. 4. Possessionem. 5. Jus Emphyteuticum. 6. Jus hereditarium. 7. Jus Dotium. Sed quoniam ultima tria, (idem est in usufructu) in multis casibus effectus cum dominio compluscu-  
los

los communes habent, hinc sub dominiū voce nonnunquam comprehenduntur. Ut species tum Juris in re maneant solæ quatuor priores. Ita, inquam, res se habet respectu communicatorum notabilium effectuum, at essentia intuitu tria hæc ultima ad dominium referri nequeunt: cum dominium sit jus de re corporali perfecte disponendi: quod de ultimis his tribus deque cæteris Juribus in re prædicari nequit. Adde, ex singulis separatas distinctasque competere actiones, veluti ex Dominio Rei Vindicationem, ex Pignore Servianam, ex Servitute Confessoriam, ex Possessione Interdictum, ex Emphyteusi Vindicationem Emphyteuticariam, ex Jure Hereditario Petitionem hereditatis, ex Jure Dotium Vindicationem dotalem. Dissentiunt varii varie, ut indicavi *Irner. coit. 8. §. 1.* Sed an dominium istud singulare non nisi rerum corporalium est? *Aff. l. 3. §. 11. don. int. vir. & uxor. l. 25. V.S. §. 11. & seqq. l. de R. D. l. 4. comm. div. Feltman. tr. de jur. in re & ad rem cap. 12. num. 16. seqq.* Dissentit *Ungepaup. 5. exercit. Justin. 6.* Plures consentientes dissentientesque habet *Bockelman. tr. de actionib. c. 3. §. 2.* Sane mirum non est, aliquando res incorporales dominio adscribi, cum quatenus jura in re, sint dominiū quasi particulae alteri communicatae, *Grot. 1. j. bell. & p. 1.* Unde non sunt in dominio, sed ipsæ dominiū portiones avulsæ: de quibus disponimus jure Libertatis. Tale quoque & Utile est dominium, & Jus Dominio proximum, quod Doctores Emphyteutis & Superficiarjis dant:

C 2

Sed

Sed nos etiam ad alios extendimus. 2. *aphoris. 22.* Quamvis & Superficiem possis comprehendere sub Possessione, sed Prætoria: cum ex ea detur interdictum de Superficiebus. De his omnibus ad Institutiones latius: Ubi de Dominio latius, pro quacunque patrimonii re, immo pro facultate quacunque, adde sis *l. 19. §. 1. & ibi Goth. de ann. legat. l. 9. ad L. Rhod. l. 2. C. ubi in rem act. l. 15. §. 8. quod vi aut clam. l. 3. si us. pet. l. 4. usufr.* Sueton. Claud. c. 39. *& ibi Schild. not.* Non omittendæ tamen quotidiana controversiæ sunt, an pecunia fœnori aut immobilium emtioni destinata, mobilis sit? Affirm. *Nov. 22. c. 45. §. 2. Berlich. 3. conclus. pract. 30. num. 4.* non obstante *l. 79. §. 1. de leg. 3.* ut ostendi *ad Inst. libr. 2. aphor. 50.* An lecti cum supellectile sua in diversoriis perpetui usus gratia existentes, mobilibus an immobilibus accenseri debeant? Affirmo posterius *arg. l. 13. §. f. l. 14. l. 17. §. 7. de act. emt. vend. l. 242. §. f. V. S. Berlich. 2. conclus. 30. num. 23. def.* Quid de molendinis? Et hæc, per dictas leges, immobilibus accensemus, sive pneumatica sint. *Cochman. 3. consil. 11. num. 22* sive navalia. *Struv. de feud. cap. 6. thes. 11. num. 6.* Alia hic adhuc controversia movetur, an capitis pœna in eos qui in muros deliquerunt statuta, pertineat & ad alios quam urbis Romæ muros? Affirm. quoniam ad omnes Romanos cives spectat *l. f. rer. div.* At Romani cives sunt, quotquot Romani orbis (non tantum Romanæ urbis) subditi sunt. *l. 17. stat. hom. Carpzov. pract. crim. qu. 40. n. 20.* Add, quæ dixi *Irner. c. 43. §. 5.*

Tit.

Tit.  
cio Con  
Tit. 12.  
storS  
Equ  
in j  
dispici  
queun  
cipiis f  
ria sive  
(quibu  
ff. prin  
hendi  
3. Satis  
& Pro  
tegrun  
diciun  
ctor &  
randun  
re cuju  
cile de  
attend  
vel Acc  
§.  
lim en  
do erar  
do adh

*Tit. 9. de Senatoribus. Tit. 10. de Officio Consulibus. Tit. 11. de officio Praefecti Praetorio. Tit. 12. de officio praefecti Urbi. Tit. 13. de officio Quaestoris. Tit. 14. de officio Praetorum. Tit. 15. de officio Praefecti Vigilum.*

## §. 68.

Sequuntur Actiones. Actio est jus persequendi in iudicio quod sibi debetur. Unde de *Judiciis* dispiciendum, sine quibus Actiones exerceri nequeunt. Iudicium ergo perpendamus, 1. in Principiis sive Praeparatoriis, 2. in se ipso. Praeparatoria sive iudiciorum, ut Justinianus vocat *πρωτά* (quibus explicandis quicquid reliquum est Partis ff. primæ integrum occupatur) possunt hic deprehendi septem: 1. Aditio iudicis. 2. in jus vocatio. 3. Satisfactio 4. Editio actionis. 5. Advocatorum & Procuratorum constitutio. 6. Restitutio in integrum. 7. Compromissum. Nempe futurum iudicium constituunt: Iudex, & duo Litigantes, Actor & Reus. In Iudice sive Magistratu confiderandum est, 1. Eius officium 2. Eius potestas vigore cuius illud exercet. Officium Magistratum facile deprehendemus ubi ad diversa eorum genera attenderimus. Erant enim (1.) vel Principales vel Accessorii. (2.) Urbani vel Provinciales.

§. 69. Inter Urbanos sub Imperatoribus (olim enim non nisi seminarium Magistratum & ordo erat, Senatus, consiliis pro rep. non juri dicundo adhibitus) primi occurrunt, Senatores, ut po-

re qui & extra ordinem jus dixerunt & iudicem dederunt. v. *Wiss. emblem. Trib. ad l. f. §. 1 Senator.* (2.) Consules qui Senatui præerant : Erantque vel Ordinarii qui initio anni electi, vel Suffecti qui medio tempore in locum deficientium surrogati, a quibus etiam S<sup>C</sup>Ta denominabantur. (3.) Præfecti Prætorio, qui præerant militibus, ad custodiam Principis lectis, cum iure edicta sive formas condendi. Tales sub Justiniano erant quatuor : Orientis, Illyrici, Africae, Italiae. (4.) Præfecti urbi, quibus summa rerum urbanarum ad populi quietem, urbis custodiam, annonæque curam, & fontium punitionem, erat commissa. (5.) Quæstores, qui erant varii, alii quæstores ærarii, alii Canditari principis, alii sacri palatii, &c. (6.) Prætores : quo nomine etsi in genere omnes Magistratus olim appellarentur, hic tamen in specie illi eo nomine veniunt qui dicendi reddendique juris gratia constituti sunt. (7.) Præfecti vigilum quibus commissa erant excubiæ & vigilum cohortes ad urbis securitatem.

*Tit. 16. de officio Proconsulis & Legati.*  
*Tit. 17. de officio Præfecti Augustalis.* *Tit. 18.*  
*de officio Præsidis.* *Tit. 19. de officio Procuratoris*  
*Caesaris vel Rationalis.* *Tit. 20.*  
*de officio Juridici.*

§. 70.

**S**equuntur Magistratus Provinciales quinque :  
 (1.) Proconsul ejusque Legatus. (2.) Præfectus

ctus

etus Augustalis. (3.) Præses. Ubi notandum, Pro-  
 vincias ex institutione Augusti esse vel Senatus po-  
 pulique Romani, vel Cæsaris. Qui in illas mitte-  
 bantur, Proconsules: qui in hacce, Præsides vo-  
 cabantur. Proconsuli adjungebatur Legatus, de  
 quo *vid* §. 75. *infr.* Egypti, Provincia Cæsaris  
 validissima, Præses, Præfectus Augustalis cognomi-  
 nabatur: ceteri Præsides, voce generali, dicuntur,  
 ut & Proconsules eo nomine comprehendantur, ut  
 dixi. (4.) Procurator Cæsaris sive Rationalis, qui  
 fiscalibus causis & patrimonio Cæsaris præest: ha-  
 buitque aliquam Jurisdictionem civilem, nullam  
 criminalem nisi Præsidis vice simul fungeretur:  
 qualis fuit Pontius Pilatus. (5.) Juridicus Ale-  
 xandriae, qui Alexandriae Egypti metropoli jus di-  
 cebat, simulque Præfecto Augustali quasi custos  
 datus erat ob momentum Provinciae.

*Tit. 21. de officio ejus cui mandata esse*  
*Jurisdictione. Tit. 22. de officio Assessorum.*

§. 71.

**A**ccessorii (*jung.* §. 68. *supra*) sunt 1. Manda-  
 tarii Jurisdictionis qui alienam Jurisdictionem  
 ex mandato exercent. 2. Assessores, qui Ma-  
 gistratibus jus suggerunt, inde & Consilarii dicti.  
 Circa illos quotidianæ quæstionis est, an Jurisdi-  
 ctio Criminalis mandari possit: quod uti regula-  
 riter negamus de Jure Civili, propterea quod ea  
 quæ Jurisdictionis Extraordinariæ sunt, mandari  
 ne-

C 4.

nequeant : at Jurisdictio Criminalis Jure Magistratus non competit *arg. l. 6. l. 7. §. f. l. 8. l. 9. pr. offic. proc. l. 1. de off. ej. cui mand. est jur. l. 70. de R. 7. vid. Fachin. 12. contr. 91. etiam de Jure Canonico arg. c. f. vers. is autem. X. de offic. deleg. arg. cap. 1. X. de nov. oper. nuntiat. vid. Fachin. 9. contr. 99. §. 12. contr. 93. ita limitamus, non quidem quoad infirmitatis aliosve casus *arg. Nov. 18. c. 5. vid. Scip. Gentil. 3. de Jurisd. 28. Stephan. 11. de Jurisd. 18 num. 46. seqq. Diff. Treutl. 1. disp. 3. thes. 6. lit. Obrecht. de Jurisd. c. 5. num. 4. sed quoad casum absentiae in crimine violentiae solo. l. 1. de off. ej. cui mand. est jur. Obrecht. d. c. 5. num. 5. Bronch. 1. assert. 16. Diff. Gentil. d. c. 28. Steph. d. c. 18. contraque ampliamus, ut mandata jurisdictione criminali, etiam ipsum exequendi jus mandatum esse intelligatur. *arg. l. 3. Jurisd. Treutl. 1. disp. 3. thes. 6. lit. d. Hunn. de Jurisd. p. 1. c. 2. quest. 8. Diff. Walther. 2. miscell. 9. Hillig. ad Donell. 17. comm. 8. lit. Ccc. Quid hodie? Extra casus absentiae & infirmitatis a Carolo Quinto Sanct. Crim. art. 2. inductos, mandari Jurisdictionem criminalem non posse statuimus, cum hæc nec hodie jure Magistratus comperat. Hahn ad Wel. ff. off. ej. cui mand. est jur. num. 3. Bachov. 1. ad Tr. 3. thes. 6. lit. e. Diff. Azo. summ. C. tit. de Jurisd. Matthæ. ad l. 70. de R. 7. Perez. C. de jur. omn. jud. n. 23. Treutl. d. loc. De Jure Canonico limitatio observanda quoad Clericos, qui causas criminales tractare nequeunt, ut adeo necesse habeant eas aliis mandare. *c. f. ne cler. vel mon. secul. in 6. c. 2. de offic. vic. in 6.****

Est

Est &  
tum  
gen  
l. 6.  
cept  
exec  
nari  
l. 1. f  
segg  
ri?  
17. c  
vid.

V  
do  
§  
car  
de o  
§  
gift  
per  
circ  
din



Est & de Jure Civili quoad Proconsulem & Legatum ratione cognitionis custodiarum : Sed hoc genus mandati extraordinarium est, addit textus in l. 6. pr. off. proc. *Mixtum* autem imperium ut acceptance stricta non nisi modicam coercionem aut executionem notat, etiam solum ceu partem Ordinariae Jurisdictionis mandati posse, credimus. per l. 1. ff. h. t. vid. Fachin, 13. *controv. 1. § 9. contr. 97. seqq.* Sed an mandata Jurisdictionis potest prorogari ? Aff. *arg. l. 1. judic. junct. l. 8. Publician. Donell. 17. comm. 1. Stephan. 1. jurisd. 24. num. 15. Dissent.* vid. apud Feltru. *de jur. in re cap. 21. n. 75. seqq.*

## LIB. II. TIT. I. De Jurisdictione.

§. 72.

Vllo Magistratum Officio, sequitur (vid. §. 68. *supr.*) ut de eorundem potestate, Jurisdictione sc. dispectus instituat, considerando eandem 1. in se, tum 2. in exercitio,

§. 73. Jurisdictionis est potestas judicandi & iudicatum exequendi. l. 1. & *seqq. ff. h. t. l. 7. §. f. l. 8. l. 9. de offic. procons. l. 215. de V.S.*

§. 74. Neque distinguo, potestas illa an jure magistratus ordinario, an autem extraordinarium competat : nec an potestas ea circa causas civiles, an circa criminales occupetur : nam etiam extraordinarias causas, immo & criminales, ad Jurisdictionem

C 5                          etio-

ctionem pertinere, dicti textus volunt : quibus adde sis *l. 1. de offic. ej. cui mand. est jurisd. §. 4. I. de Attil. tut. l. 1. 2. C. de veteran. l. 2. l. 3. C. de privil. scholar. Tacit. Agric. c. 9. num. 2.* Illud tamen ad-moneo, vocabulum Jurisdictionis aliquando & strictius accipi : & quidem duplici modo. Enimvero (1.) accipitur quandoque pro potestate Jus dicendi *ordinaria*, id est, quæ omni magistratui qua-rali, ordinario jure, adhæret. Ut ita Jurisdictio extra suetum ordinem indulta, Jurisdictio (ordina-ria scil.) esse negetur. *l. 6. §. 2. de tutel.* Nec mirum, Ordinariam illam Jurisdictionis nomen in specie induisse, cum ordinaria sit. Porro (2.) ut no-ret solam potestatem judicandi : non simul & exequendi *l. 1. in fin. de offic. ejus cui mand. est jur.*

§. 75. Ex dictis emergunt duæ Jurisdictionis divisiones. Prima : Jurisdictio est vel Jure Mag-istratus, vel Extraordinem competens. *l. 7. §. f. de off. proc.* Hanc alii Doctores *Extraordinariam* vo-cant, Alii *Legalem*. Neutra equidem totidem syl-labis extat in externo legum sonitu : extat tamen vi & potestate legum, ut indicavi. Cur ergo eas appellaciones defugas ? vid. §. 2. *l. de tutel. l. 17. de legib. l. 6. §. 1. de V. S.* Neu dixeris, *legalis* vocabu-lum non esse satis Latinum. Contrarium enim monstat Quintilianus *libr. 3. cap. 5.* cui junge sis *l. F. 14. pr. §. 2. F. 53. item c. 2. c. 35. q. 5. §. ult. X. de se-cund. nupt.* Plane pro stabilienda hac divisione Ju-risdictionis, addo argumentum ex *l. 2 l. 3. ff. de offic. procons. l. 4. ff. l. 1. C. adopt.* ex quibus textibus vides, eman-

emancipationem, manumissionem, adoptionemque esse *Jurisdictionis* : extra ordinem tamen *speciali Legis indultu* concedi. add. §. 71. *supr.* Nunc de Extraordinaria hac Jurisdictione repeto, ea quæ specialiter a Lege dependent, mandata Jurisdictione non transire, *l. 1. pr. l. 2. pr. §. 1. de off. ej. cui mand. est jurisdic. t.* Oppon. *l. 17. §. 1. de manumiss. vind.* apud legatum Proconsulis possumus manumittere. Respond. In Legato Proconsulis est exceptio : est enim respectu hujus Legati, hæc Jurisdictionis Mandata *l. 13. off. procons. l. 12. §. 1. de judic.* valde irregularis : nam quam primum ipsi mandata est, fit ipsi propria *d. l. 13* unde & ad proconsulem a legato appellatur, *l. 2. ff. quis a quo appeller.* & tutoris dandi potestatem, *l. 1. §. 1. ff. de tur. datis. junct. l. 8. ff. eodem.* & judicis dandi licentiam legatus habet, *l. 12. §. 1. ff. de jud. l. 5. C. eod.* neque in consulto principe jurisdictionem Legato Proconsul potuit adimere : quæ omnia secus se habent in jurisdictione mandata regulari. Aliud irregulare habes adhuc *l. 6. pr. de off. procons.* Obstat *l. 2. §. 3. ff. de off. procons.* ibi : Apud Legatum proconsulis nemo manumittere potest, *quia non habet jurisdictionem talem : nec adoptare potest : omnino enim non est apud eum Legis actio.* Ubi illud omnia conciliationes vulgo notas videtur evertere : ut adeo nonnulli dicto textui in *l. 17. §. 1. ff. manum. vindic. t.* violentas manus non uno modo inferre non erubescant. Tu dic simpliciter ex *l. 13. ff. de off. procons.* Legatum manumittere posse, & non posse. Posse

fi ipsi mandata sit jurisdictio a Proconsule l. 17. §. 1. de man. vind. junct. d. l. 13. de off. procons. Non posse : si mandata non sit. d. l. 2. § 3. junct. d. l. 13. ff. de off. proc.

§. 76. Secundo Jurisdictio est vel Civilis vel Criminalis. Quæ divisio synonymice coincidit cum altera qua imperium dividitur in Merum, Mixtum, & in specie dictum. l. 3. l. 4. ff. h. t. Quod ut recte intelligatur, adponeo, potestatem Magistratui competentem, Imperium appellari. l. 215. de V. S. l. 7. §. 14. de pact. l. 8. off. procons. l. 2. pr. de adopt. l. 12. §. 1. judic. l. 13. §. 4. SC. Trebell. l. 26. municip. §. 1. I. de adoption.

§. 77. Nunc subjiciam verba dictorum textuum in l. 3. § l. 4. h. t. ex quibus Imperii tres species indicavi. Et sunt hæc : Imperium aut Merum, aut Mixtum est. Merum est Imperium, habere gladii potestatem ad animadvertendum facinorosos homines: quod etiam Potestas appellatur. Mixtum est imperium, cui etiam jurisdictio inest. Quod in danda bonorum possessione consistit, jurisdictio est etiam. Judicis dandi licentia, jubere caveri Prætoria stipulatione, & in possessionem mittere, imperii magis est quam jurisditionis. Hactenus dictæ duæ leges: l. 3. § l. 4. h. t. Ex hac mea interpunctione, vides (1.) punctum me posuisse ante illa : Judicis dandi. Vides (2.) me judicis dandi licentiam referre ad l. 4. h. non ut illa verba a lege tertia avellam, sed ut cum lege quarta connexa intelligam : qualis cohesio in legibus Pandectarum creberrime occurrit.

rit. Hæc nova sunt : fateor. Sed tenetis & aliud. Enimvero (3.) rogo ut mecum agnoscas emblema Triboniani in d. l. 3. in verbis : *Quod in danda bonorum possessione consistit jurisdictionis est etiam.* Mens est : *Dare bonorum possessionem, esse jurisdictionis ordinariae.* Non erat olim : est id effectum Jure Novo. *l. ult. C. qui admitti ad bon. poss. poss.* Nunc (4) mens d. l. 3. & d. l. 4. erit hæc, Mixtum nempe imperium ideo Mixtum esse quod non tantum ea comprehendat quæ speciali lege conceduntur, qualis natura est, Imperii Meri, sed quod etiam Jurisdictionis (nempe Ordinariae. *vid. §. 74. supra num. 1.*) eidem insit. Ad hanc autem Ordinariam Jurisdictionem pertinere & dationem Bonorum Possessionis. At vero licentiam dandi judicis, nec non jubere caveri Pratoria stipulatione, item in bonorum possessionem mittere, hæc, inquam, non esse Jurisdictionis Ordinariae, sed Imperii in specie. Hunc dictarum legum sensum esse, ex singularum Imperii specierum explanatione, clarissime elucescet.

§. 78. Merum Imperium in d. l. 3. vides describi quod sit *potestas gladii ad animadvertendum facinorosos homines.* Dicitur *potestas* intellige, extra ordinem comperens. *vid. §. 71. supra.* Dicitur : *gladii.* Dabio procul allegorice pro qualibet coercitione criminali *l. 6. pr. de off. proc. l. 70. de R. 7.* Cur autem gladii magis exemplo utitur textus, quam alterius pænæ ? Probabiliter, quod in meri imperii collati signum, magistratus soliti fuerint gladio accingi. *vid.*

vid. Ant. Matth. *de jure gladii cap. 2.* Lyncker. *de barattaria. anal.* Varias enim coercionum species esse, nemo negat, vel, si mavis, diversos imperii meri gradus. Hi duo statui possunt, ut vel capitales sint vel non capitales. §. 2. *I. de publ. jud.* illi iterum vel mortem inferentes naturalem vel civilem, hi infamia, membri mutilatione, relegatione, carcere, nummariaque coercionem punientes. *l. 2. §. 17. de V.O. l. 28. pr. & §. 1. pæn. l. 103. V.S.* Alii aliter. Treutler. *1. disput. 3. th. 5.* Damhouder. *prax. crim. c. 16.* Feltman. *jur. in re c. 21. num. 117.* Sucholt. *de jurid. aph. 397. seqq.*

§. 79. Dicitur *d. l. 3. ad animadvertendum.* Quod, & punire, & animum advertere, heic significat: veluti utrumque sensum apud Latine loquentes admittit. Noli enim dubitare, merum imperium cognitionem sive notionem simul deposcere. Quam in rem apud Ant. Matth. Antecessorem Groning. clariss. *ad ff. disput. 4. thes. 8.* adductas habes *l. 1. ff. de off. ej. cui mand. l. 6. off. procons. l. 1. §. 4. off. præs. urb. l. 2. §. 23. orig. jur. l. p. calumniat. l. 5. extr. cogn.*

§. 80. Ceterum controvertunt Doctores, an concessio castro cum Jurisdictione, etiam criminalis concessa esse intelligatur? Quod nobis affirmandum est *per §. 73. 74. & 76. supra.* Conf. Carpzov. & Esbach. *2 const. 40. defin 6.* Diff. Stephan. *1. jurisd. 38. num. 9.* Olim inter Azonem & Lotharium Jctos concertatio viguit, an merum Imperium penes Principem solum, an autem apud Magistrat-

gistr  
statu  
scul  
ross  
qu  
JCr  
l. 5.  
eo r  
jesta  
d. l.  
risd  
riam  
est.  
net  
jur.  
§.  
Ne  
com  
Qui  
const  
usq  
ortu  
§.  
Mix  
pote  
civil  
§.  
ribu  
hol  
min

gistratum, jure proprio resideat? Prius Lotharius statuebat: posterius Azo: electo per compromissum sculna Imperatore Henrico Sexto, Friderici Barbarossæ filio. Hic pro Lothario decidit: eique æquum (nam equi sponcione certaverant prefati JCr) adjudicavit: etsi dixerat æquum Azo. *arg. l. 5. ff. s.* Immo dixerat Lotharius æquum: non eo tantum respectu quod omnia Jurisdicctio a Majestate pullular & pender *l. 3. C. jurisd.* sed & quod *d. l. 5. h. t.* propriam sive suo jure competentem jurisdictionem, eam intelligit quam supra Ordinarium diximus: agit enim de illa quæ mandari potest. At ad eam Jurisdicctio Criminalis non pertinet: ut vidimus supra *tit. de off. ejus cui mand. est jur.* ubi vide sis §. 71.

§. 81. Academiis vigore Authenticæ *Habita. C. Ne fil. pro parr.* jurisdictionem etiam criminalem competere, ex §. 73. 74. & 76. supra, consequitur. Quibus adde sis *arg. c. 6. X. de donationib. & l. 3. ff. const. princ.* Et ita obtinuisse usum fori ad tempora usque Azonis, vides apud J. Vincent, Gravinam *de ortu & progress. jur. civ. num. 151.*

§. 82. Sequitur Imperium Mixtum, quod cur Mixtum vocetur, indicavi §. 77. *supr.* Est autem potestas judicandi & judicatum exequendi in causis civilibus communibus *l. 3. l. 4. h. t.*

§. 83. Scio, Mixtum Imperium ab aliis Doctolibus aliter describi. Ex reliquis inspiciamus Sutholrum *diff. de jurisd.* qui aliorum definitiones examinans & explodens, *ibid. 238.* describit quod sit

me-

*modica coercitio, jurisdictioni expedienda, explicanda, tuenda & exequenda deserviens.* Volumus & Vinnium audire? ita hic *tr. de jurisdic. cap. 7. num. 1.* *Mixtum imperium* (inquit) est potestas coherens jurisdictioni, comparata ad eam tuendam atque exequendam. Hæc ab his, aliisque, adduci, video: probari, non video. Utuntur *l. 3. h. t. l. i. in fin. l. f. §. 1. de off. ejus cui mand. est j.* Verum legem 3. jam supra vidimus. Utcunque illam legas aut corrigas, etiam secundum correctiones aut corruptiones de quibus Vinnius *d. tr. c. 7. num. 8.* nunquam tamen in eodem textu deprehendes, solam illam modicam coercionem, tuitionemque & explicationem, *mixtum imperium* vocari. Nec majus firmamentum habent in *d. l. i. f. aut d. l. f. §. 1.* Illa his verbis utitur: *Imperium quod jurisdictioni coheret, mandata jurisdictione transire verius est.* Hæc sequentibus *Mandata jurisdictione privato, etiam imperium, quod non est merum, videtur mandari. quia jurisdictio, sine modica coercitione, nulla est.* Sed ubi hic mentio mixti imperii? Coercitiones esse imperii, asseritur recte: quia sunt imperii pars, per §. 76. *supra.*

§. 84. Mixtum ergo Imperium præter notionem ceteraque quæ Jurisdictioni Civili insunt, etiã coercionem modicam continet. Quemadmodum Jurisdictio Civilis vicissim eadem omnia ambitu suo complectitur. Nam & coerciones sunt Jurisdictionis pars. *l. un. pr. ff. Si quis jus dic. non obr.* Unde Civilis & Mixtum Imperium erunt syn-

no



nonyma, eo excepto, quod Jure Romano nonnullæ species extant quæ Imperii in specie dicti esse perhibentur, de quo §. seq. Hodie autem ista exceptio usum non habet, cum nesciamus Moribus Magistratus ad sensum Romanum Majores & Minores. Unde & hodie Jurisdicthio Civilis per Mixtum Imperium exprimitur & confertur. Veluti in Dedicacione Academiae Duisburgensis, cum diploma Cæsareum *Jurisdictionem* memorasset, Vice-Cancellarius Johannes a Dieft id expressit sequentibus: *Deinde quoniam vobis vigore istarum, Merum & Mixtum Imperium collatum est.*

§. 85. Imperium in specie dictum est potestas solis majoribus Magistratibus competens: minoribus negata. *l. 32. de inj. l. 26. pr. & §. 1. ad municip. l. 3. in fin. l. 4. de jurisd.* Alibi hoc Imperium majestatis appellatione venit. *l. 9. h. t. l. p. de 7. & 7.* Erant autem Magistratus Majores qui habebant vocationem aut prehensionem, aut utramque: vid. A. Gell. *13. Noct. Attic. 12. 13. & 14.* Distinguebantur olim & auspiciis: sed quibus diversa eorundem indicabatur potestas. Hujus Imperii exempla habes in *l. f. C. ubi & apud quem c. in int. rest. & l. f. C. ubi caus. stat.* Alia *supr. §. 77. f. Add. d. l. 32. d. l. 20.*

§. 86. Accedamus ad tertiam Jurisdictionis divisionem, qua dispescitur in Voluntariam & Contentiosam. *l. 1. de offic. procons.* illa non nisi inter volentes exercetur: Hæc etiam in invitos. Unde & hæc pro tribunali: illa & de plano exercetur. §. *2. l. de liberrin.* illa & extra territorium: hæc non.

D

l. f.

*l. f. jurisd. l. 2. off. procons.* Illa & in negotiis propriis : Hæc non *l. un. C. ne quis in sua caus. jud. arg. l. 2. off. præf. l. 3. seq. adopt. l. un. §. 2. off. consul.*

§. 87. Ceterum, uti alibi divisio actionum in duo summa genera non impedit eorundem mixturam §. 1. *junct. §. 20. I de action.* ita nec hic obstaculo esse potest visa divisio quominus non & Jurisdictio Voluntaria ex contentiosa, & hæc ex illa, quid habeat admixtum. Velut hic non tantum retulerim tutoris dationem ex Contentiosarum numero, sed & ex Voluntariis illas quæcausæ cognitionem requirunt, qualis inter alias est rerum quarundam ad minores spectantium alienatio : ut in his mixtis effectum habeat regula *legis ult. ff. de jurisd.* vid. *Vinn. tr. de jurisd. cap. 6. n. pen. & ult.*

§. 88. Nequaquam autem hæc mixtura operabitur id ut judicem pro tribunali sedentem requiratur : etsi talem quod ad donationis insinuationem requiratur *Lauterbach, comp. ff. de donat. pag. 557. in N.*

§. 89. Quarta Jurisdictionis divisio subsequitur : quæ est trimembris, ut sit Propria, Mandata, Prorogata.

§. 90. Propria est quam quis jure magistratus aut ex speciali legis indultu habet. *l. 5. l. 6. ff. jurisd. l. 2. §. 13. de orig. jur. l. 3. §. 1. off. præf. vig. l. 7. §. f. de off. procons.*

§. 91. Mandata est quam quis beneficio magistratus sibi delegatam habet. *d. l. 5. h. r.* De hac titulus specialis est *libro 1. ff. tit. penult.* ubi dixi. Restant

stant nihilominus admonenda adhuc complufcula. Veluti, (1) etiam privatis hominibus jurisdictionem mandari posse. *l. f. §. 1. de off. ej. cui mand. est jurisd.* secus ac Jure Canonico, quod ad judices a sede Apostolica deputandos. *c. 11. de rescript. in 6.* (2) Mandatarium jurisdictionem mandatam alii iterum mandare non posse *l. f. de off. ej. cui mand. est jur. arg. l. 5. h. t.* etsi possit judicem tamen dare pedaneum *l. 12. §. 1. de judic.* non obstante *l. 13. pr. h. t.* cum mandatarius nomine mandantis magistratus sit *l. 16. h. l. 1. §. 1. l. 3. off. ej. cui mand.* (3) Distinguendum esse mandatarium jurisdictionis sive magistratum delegatum a judice pedaneo sive delegato de iure iudice. Hic non nisi notionem habebat, quæ lite apud Prætores contestata, ipsi cum formula dabatur & sententiæ dictione terminabatur: executionem enim ipse magistratus, non iudex, faciebat *l. 15. re jud. l. f. §. 1. ff. ej. cui mand. est jur.* Unde & ad indicandam minorem hanc potestatem, tribunal non conscendebat, sed infra illud ad pedes quasi Prætoris sedens jus dicebat, hinc *pedaneus* & *χαμαδυνας* dictus. Ast (4) mandatarium vice mandantis judicare, ejusque nomine, adeoque omnia peragere quæ mandans, adeoque & sententiam suam exequi. *l. 1. §. f. l. f. §. 1. de off. ej. cui mand. est jur. l. 2. h. t.* indeque (5) consequi, a sententiæ mandatarii non appellandum esse ad mandantem, sed ad illum qui ipso mandante superior est. *l. 7. §. 1. quis a quo apellet.* Vide tamen *c. 27. X. de off. & por. deleg. & c. 3. de appellat. in 6.* (6) Extingui Juris-

dictionem mandaram, mandantis non tantum revocatione, etiam si lis coram mandatario jam contestata sit, *arg. §. 10. l. de mand.* sed & morte, modo res adhuc sit integra, qualis post citationem amplius non est. *vid. §. 112. num. 3. infr.* Ubi memorabilis est candor Azonis, qui cum delegati jurisdictionem morte mandantis ante litem contestatam extingui contendisset, ab adversario refutatus, errorem agnovit. *Dixi Mur. Aben. §. Et quid laudabilius.*

§. 92. Prorogata Jurisdictio est, cujus terminos voluntas privata partium extendit. *l. 1. C. h. l. 1. l. 2. ff. de judic.*

§. 93. Fit hæc extensio non expresso tantum partium prorogantium id est extendentium consensu, sed & tacito, veluti 1. si quis litem apud incompetentem judicem omissa fori exceptione contestatus sit *l. 15. ff. l. 4 C. h. l. 2. pr. l. 33. ff. judic.* 2. si quis alterum convenerit coram iudice competente, reo: etsi incompetente, actori. Hujus enim potestatem, & in se extendisse, actor censi debet. *l. 14. §. auth. seq. C. de sentent. & int.* Similis tacita (alii Legalem vocant) prorogatio occurrit 3. si quis extra domicilii sui locum contraxerit aut 4. deliquerit. *l. 19. §. 1. & 2. de judic. l. 1. §. auth. seq. C. ubi de crim. c. f. X. de for. compet.*

§. 94. De expressa illa prorogatione sciendum est, eam Judicis aditione debere esse firmatam *l. 18. ff. h. r.* Nec obstat *l. p. C. de pact.* quippe quæ de prorogatione non agit: sed de renuntiatione exceptionis fori

fori  
per p  
judic  
re po  
litar  
rum  
ne ex  
ad d  
quis  
num  
fuisse  
advoc  
tem  
ges  
gnan  
§.  
Pror  
na ad  
4. de  
cie fa  
18. ca  
cum  
pact.  
tio,  
se, pe  
tione  
& §. 1  
nus d  
cessæ  
dum

fori declinatoriæ. Nec enim renuntiatio fori, semper prorogationem in se complectitur. Finge enim judicem non nisi ad viginti quinque aureos judicare posse : hujus jurisdictionis in militem foro suo militari renuntiantem, qui forte quinquaginta aureorum debitor sit, per dictam renuntiationem minime extensa est. Aliter responderet Charondas: qui ad d. l. 18. hanc notam posuit marginalem : *in l. si quis in conscribendo C. de pact. consensus est in alienum judicem in contractu faciendo. Itaque iniquum fuisset, eundem judicem detrectare, maxime cum adversarius aliter contracturus non fuisset. Hic autem nihil est ejusmodi. Hoc discrimen docet. has leges (d. l. 18. & d. l. p.) diversas esse, non punnantes.*

§. 95. Nunc audiamus Schurz. comp. Laut. p. 26. Prorogatur Jurisdictio. 1. de re ad rem. 2. de persona ad personam, non vero. 3. de loco ad locum, nec 4. de tempore ad tempus. Ita ille d. l. De tertia specie facile assentior, cum textu destituatur, vid. Nov. 18. cap. 5. adeoque valere debeat regula: *Jus publicum privatorum pactis mutari non potest, l. 38. ff. de pact.* Sed quartam speciem quod attinet, dissentio, existimoque in eadem prorogationi locum esse, per l. 2. §. 2. ff. de judic. quem textum de prorogatione Jurisdictionis loqui, ex collatione l. 1. l. 2. pr. & §. 1. eod. liquido patet. Et si vel maxime Ulpianus de prorogatione notionis judici pedaneo concessæ, olim d. l. locutus fuisset (de quo tamen nondum constat) esset nunc tamen idem textus de proroga-

rogata jurisdictione intelligendus, utpote cum modus dandi iudices pedaneos cessaverit Justiniani tempore, §. ult. I. de interdicit. l. 2. C. de pedan. iudicib. ut dictus textus in d. l. 2. §. 2. intelligi debeat non ad mentem antiqui alicujus Jcti, sed Imperatoris Justiniani, l. 3. §. 10. C. de V. I. E. Constitur. de emendat. Cod. §. 4. De prima & secunda specie, patet jus indubium in l. 74. §. 1. iudic. l. 28. ad municip. l. 14. h. n.

§. 96. Sequitur Quinta Jurisdictionis divisio: quæ iterum trimembris est: Separata, Simultanea, Concurrens. Primam solus quis habet l. f. C. h. Secundam plures simul exercere debent, v. l. 36. seq. re iudic. l. 12. municip. l. 160. §. 1. reg. jur. Tertia competit pluribus, sed inter hos soli prævenienti. l. p. h. l. 30. iudic.

§. 97. Sexta divisio promanat ex Jure Canonico, quo alia Jurisdictio est Sæcularis, alia Ecclesiastica. Illa judici Sæculari competit in causis sæcularibus: Hæc judici Ecclesiastico in causis ecclesiasticis, t. t. X. de for. compet. Est tamen de eadem & Constitutio Imperatoria, Friderici inquam, in Auth. Statuimus. C. de Episc. & Cler. Quæ Ecclesiastica Jurisdictio Juri Justiniano incognita est, utpote quod Episcopis nil nisi audientiam in Clericos concedit. rubr. C. de Episc. aud. Nec dubitandum est, jurisdictionem Ecclesiasticam tolli posse, velut apud nonnullos, qui Juri Canonico parum favent, sublatam esse, constat.

§. 98. Septima divisio debetur Moribus, secundum

dum quos alia Personalis est, quam unice jus Civile agnoscit, *arg. l. 1. §. 2. de just. & jur. l. 1. pr. rer. div.* alia Patrimonialis sive Realis quæ in alicujus patrimonio est, ad quoscunque successores, etiam singulares, transiens.

§. 99. Scilicet hæc Patrimonialis ipsi territorio immediate inhæreret censetur: veluti nebula super paludem. *Merlin. 99. contr. for. 15.* Unde & juribus in re accensetur, utpote Confessoriam actionem utilem producens. *Carpzov. 1. respons. 78. numer. 3.* Unde acquiri amittique iisdem modis potest quibus res ceteræ quæ in patrimonio & commercio existunt. Consequenter ubi Jurisdictionis inter plures fuerit communio, uno partem Jurisdictionis vendente, sociis Retractum Legalem concedere necesse est. *Joseph, de Rosa consultat. jur. 16.*

§. 100. Est adhuc divisio Jurisdictionis ex Moribus, in Altam & Bassam: sed quæ supra visam in Criminalem & Civilem aliis verbis proponit. *Leeuwen cens. for. part. 2. lib. 1. cap. 3.* Addunt quidam & Mediam, quæ inter altam quam & Superiorem cognominant & Bassam sive inferiorem, sit intermedia: sed quæ omni destituitur fundamento. Utpote cum Jurisdictio Superior sive Alta varios habeat gradus: non equidem illos sex quos *Bartholus ad l. 3. h. t.* confingit: nec tres, quos alii: sed tamen alios. *v. §. 2. I. de publ. jud. l. 2. §. 16. de O. 7. Dixi §. 78. supra.*

§. 101. Ad non capitales, ex antiquis Germano-

rum moribus pertinet Portatio canum: vid. *Cruf. opuscul. var. histor. polit. jurid. 5. cap. 4. num. 3. & num. 10.* etsi aliquando & poena capitalis eandem fuerit subsecuta. Vid. *Otto Episcop. Frisingens. libr. 2. de reb. gest. Frider. Imp. c. 28.* alique quos passim memorat *Crufius d. tr. 5. & Vagedes pent. quest. histor. quest. 3.* Ut inde probabile fiat, contumeliosum istud apud Germanos Belgasque vocabulum hinc ortum duxisse, quandoquidem talium canum praefectus *Hunds-vogt* appellabatur. *Vogen* enim antiquis fuisse idem quod *disponere & ordinare*: docet *Th. Franzk, apud Struv. syntagm. feud. pag. 664.* Unde & Germanis Belgisque hodie remanet *Vogt* sive *Voogd*: pro *curatore*. Unde *Honds-vogt* erit *canum curator*. Si id vocabuli a Germanis Belgisque deinde pronuntiando non nihil alteratum, & in contumeliae usum acceptum, id novum non est. v. *Vaged. d. loc. Add. quae dixi Not. Feudal. ad Feltman. de feudis not. 21.*

§. 102. Ceterum Jurisdictionis nunc etiam spectemus exercitium (*vid. §. 72. supra*) in remediis ad tuendam jus dicentis auctoritatem, conspicuum. Enimvero illius gratia varia Magistratibus indulta sunt remedia. Veluti, *Primo*, Actio de *albo corrupto*: de qua dixi *ad Instit. 4. apher. 54.*

**Tit. 2. Quod quisque juris in alterum statuerit, ut ipse eodem jure utatur.**

§. 103.

**S**ecundo, si Magistratus jus iniquum cum effectu statuerit, aut litigatores iniquum jus impetraverint



runt et si eodem jure non fuerint usi, in posterum idem jus pati debent, *h. t.*

*Tit. 3. Si quis jus dicenti non obtemperaverit.*

§. 104.

**T**ertio, si quis jus dicenti non obtemperaverit, extremum Jurisdictionis, quod est executio, non faciendo: dum rem abduci vel auferri ad mandatum judicis passus non est: tenerur, ita ut contra eum inde personalis in factum actio detur quanti res in judicium deducta aestimata fuerit, et si nullo jure petita. *l. un. h. t.*

§. 105. Præter hæc tria, habent tamen Magistratus adhuc alia. Quo pertinent pignorum captiones, multæ indictiones, corporis retentiones. *l. 4. §. 2. damn. inf. l. 9. §. f. pecul.* Etiam præsto est quod ad Jurisdictionem Patrimoniale, actio Confessoria. *vid. §. 99. supr.* Sed hæc Peritorium requirit: cum aurem multo commodius sit Possessorium, ut monui *Admonitor. ff. part. 6. §. 219.* interdicitum utile unde vi, vel uti possidetis, posset succurrere: quin & remedio Canonico ex Canone Redintegrandi locus esse: de quibus dixi *4. aph. 110. ad inst. junct. aphor. 106. dicti libri.* De manu militari *v. l. 68. de rei vindic. & quæ dixi de jure Ventris part. 12. §. 5.* Vide sis & Gailium *1. observ. 59.*

D 5

Tit.

## Tit. 4. De in jus vocando.

§. 106.

SEquitur (vid. §. 68. supra) in jus vocatio: quæ est juris experiundi causa ad eum qui Jurisdictioni præest, facta vocatio. *Vinn. i. select. quest. 5.*

§. 107. Et olim quidem ex duodecim tabularum Legibus, privata auctoritate instituebatur, in tantum, ut si vocatus sequi nollet nec fidejussores desistentendo daret, vi & collo obtorto in jus, per vocantem rapi posset, *Horat. i. satyr. 9. f.*

§. 108. Neque tamen inde consequitur, magistratus auctoritate publica, si quis hanc prætulisset, eandem vocationem in jus fieri nequivisse. *v. Gell. 13. noct. Att. 12.* Quemadmodum Novo jure per viatores peragitur §. 24. *I. de act. Nov. 53. c. 3.* libello inquam oblato, *vid. auth. offeratur. C. de lit. cont.*

§. 109. Ex dictis fluit, aliam fuisse ab in jus vocatione antiqua, citationem. *l. 7. de in int. rest. l. 68. seq. jud.* Et si hæc hodie confundamus: itaque Citationem dividamus (1) in Edictalem & Verbaalem. Illa fit maxime in gravioribus delictis, personæ ipsius prehensione, post legitima nempe indicia. Verbalis iterum, vel (2) Publica est vel Privata. Illa per præconem fit vel per edictum in trium dominorum territorii publice affixum: Hæc, fit vel libello vel viva voce ipsi citando in faciem, vel ipso absente ad domum, ita ut in omnem eventum vel valvis ædium affigatur vel ut vox a vicinis exaudiat.

tur.  
subfi  
dian  
l. f. j.  
segg.  
induc  
§.  
renu  
xorur  
nifi v  
fi qui  
nalis  
Præc  
cessa  
pend.  
10, cor  
ad N  
10, cor  
class.  
aut a  
89. I  
comm  
non  
cum  
quo  
Vinn  
lit. r.  
§.  
sa ac  
tene

tur. (3) Est vel Mediata vel Immediata. Illam & subsidialem vocant, fitque in alieno territorio, mediante hujus magistratus officio & auctoritate. *arg. l. f. jurisd.* (4) Dilatoria vel Peremptoria *v. l. 68. § seqq. de judic. l. 53. §. 1. re jud. l. 8. C. quom. & quand. indic.*

§. 110. Præprimis hic notandum singulare parentum & patronorum, eorumque parentum, uxorum, liberorum, & heredum privilegium, qui nisi venia prius impetrata in jus vocari non debent, si quis contra fecerit, contra eum datur actio pœnalis ad quinquagenita aureos. Sic voluit Edictum Prætoris. Verum hoc Edictum hodiernis moribus cessare verius est. *arg. l. 15. h. t. Lauterbach. compend. ff. pag. 30. Umm. 5. process. 37. Diff. Fachin. 10. contr. 87.* Sed nec Jure Civili ad Vitricum aut ad Novercam pertinet. *arg. l. 42. de pœn. Fachin. 10. contr. 88. Diff. Umm. 5. process. 33. Oldendorp. class. 1. act. 4. quest. 4. num. 6.* non ad præceptotem aut ad dominum feudi, *arg. d. l. 42. Fachin. 10. contr. 89. Bronchorst. 2. miscell. 90. Diff. vid. apud. Vinn. comment. ad §. 12. I de action. num. 5.* Posito autem, non concessio, dictum, edictum pertinere ad vitricum & novercam, sane id limitandum esset in casu quo affinitas morte vel divortio sublata est. *vid. Vinn. d. loc. Dissent. Hillig. & Donell. libr. 23. c. 2. lit. r.*

§. 111. Alia controversia est, an præsentibus in causa ad quam citati non sunt, in judicio respondere teneantur? quod *arg. l. 1. de edend. Nov. 53. c. 3.*  
ne-

negamus cum Hahn. ad Wes. ff. de in jus voc. n. 13. Hillig. ad Don. libr. 23. cap. 2. lit. 6. Diff. Gail. 1. observ. 51. num. 7. seqq. Mynsing. 6. observ. 6. num. 8. An citatio in causis notoriis omitti possit? Neg. arg. l. 47. re jud. Mev. ad jus Lubec. libr. 3. tit. 1. art. 7. num. 3. Mynsing. 2. observ. 91. Diff. Menoch. de arb. judic. quæst. libr. 1. c. 17. num. 15. Treutl. 1. disput. 4. thes. 8. lit. i. An citationis insinuatio possit fieri feriis divinis? Neg. l. 2. §. f. C. fer. c. f. eod. Socin. de citat. art. 19. num. 4. seq. Umm. 5. de process. 64. Diff. Cyn. ad l. ult. C. de fer. num. 3. Gail. 1. obs. 53. num. 5. seqq. De usu hodierno vid. Stryck. us. modern. ff. tit. de fer. §. 8.

§. 112. De Effectu Citationis sive in Jus vocacionis, ita habet Schutzzius *compend. Laut. h. t. in fine: Operatur Citatio* (1) *Præventionem*. l. 19. *jurisdic. l. f. C. h. c. pen. X. de for. compet. clem. ult. ut lit. pend. nih. innov.* (2) *Interrumpit Præscriptionem*. l. 2. *C. ann. exc. l. 7. l. f. C. de 30. vel 40. ann. præscr.* (3) *Perpetuat mandatarii jurisdictionem*. l. 6. *jurisd. c. 19. X. de offic. & pot. jud. del. clement. 2. ut lit. pend. non etiam* (4) *temporales actiones*. arg. l. f. *de fidej. & nom. tut.* Hæc ille. Vides adductam l. f. *de fid. & nom.* Hic perpetuatio actionum temporalium litis contestationi adscribitur. Cum tamen ad hunc textum responderi possit, unius inclusionem non esse illico alterius exclusionem, maxime cum idem textus simul de transmissione actionum alias ad heredes non transeuntium, quæ litis contestatione inducitur, loquatur. Hinc pro hac

hac S  
judic  
jure  
fentiu  
voca  
tum n  
ciariv  
quod  
cta M  
oppo  
Respo  
oblato  
oblato  
testati  
xat lo  
psit,  
Præto  
leges p  
in jus  
&, q  
scripto  
tæ. I  
ann. e  
est exc  
tra ser  
terbac

hac Schurzii sententia adde *sis l. 139. ff. de R. 7. ibi: judicio add. l. f. C. de prescript. 30. annor. l. 9. §. 3. de jurejur. l. 29. de novation. l. 1. §. 1. C. de annal. exc.* Dissentiunt alii per *d. l. fin. C. de prescr. 30. annor. ibi: vocantes.* Resp. Vocatione textum hunc contentum non esse, patet ex verbis ibi junctis: *Et judiciariis certaminibus ventilatis, utraque pars.* Adde, quod ibidem diserte agatur de *judicio*, cui junge dicta *Man. 4. ad pag. 29. verb. in jus vocatio* Adhuc opponunt *L. 1. §. 2. C. Quando libell. Princ. oblat.* Respond. Agunt de *Principe*, libelloque *Principi* oblato, tum quaeritur: *Quando libellus Principi oblatus ad actionem perpetuandam vim litis contestationis habeat? & responderetur, id tunc duntaxat locum habere quando Princeps ad eum rescriptit, idque non respectu omnium actionum, sed Prætoriarum annalium solarum.* Faciunt ergo hæc leges pro Schurzio, utpote vim perpetuandi non in jus vocationi tribuentes, sed litis contestationi, & quæ ei virtualiter par est, libelli oblationi rescripto quoad actiones Prætorias annales roborata. Denique Bockelm. *ff. h. in f.* opponit *l. 2. C. ann. except.* & ibi ob aliam concurrentem causam est exceptio. Nihil de Jure codicis indistincte contra senseris per *l. ult. C. de ann. except.* & vid. Lauterbach. *pag. 668. in f. intus.*

Tit. 5.

**Tit. 5.** *Si quis in jus vocatis non iuerit, sive quis eum vocaverit, quem ex edicto non debuerit.*

§. 113.

**S**unt tamen adhuc alii Citationis effectus, veluti talem indicavi *Admonit. part. 6. §. 287.* quod in actionibus scil. in rem, Citatio rem faciat litigiosam. Alium habes hoc titulo, scilicet, quod ad mulcram extraordinariam arbitrariam teneatur, qui in jus vocatus, non comparuerit *l. 2. §. 1. h. t.* ob contemtam scil. magistratus auctoritatem *l. 9. de jurisd.* Cessat tamen hæc pœna variis casibus, veluti si quis vocetur ad iudicem notorie incompetentem *l. f. ff. jurisd.* secus est si de eo dubitetur, ut in superiore, ubi rum venire debet vocatus non ut se submittat, sed privilegia sua allegaturus. *l. 5. iudicis Conf. l. 2. pr. h. t. l. 53. §. 3. re jud.* Cessat etiam pœna, ob rusticitatem. *d. l. 2. §. 1.* Cessat & aliis in casibus quos Rubricæ ff. hujus libri secundi reliquæ indicant. Inter hos est (1.) Si quis eum vocaverit quem ex edicto non debuerit. *rubr. ff. h. t. vid. §. 110. supra.*

**Tit. 6.** *In jus vocati ut eant aut satis vel cautum dent.*

§. 114.

(2.) **S**i in jus vocatus satisfactionem aliamve cautionem idoneam præstiterit. *rubr. ff. h. h. t. Ido-*

Idonea ergo requiritur. Ast hoc tit. exceptio proponitur: Enimvero *pro personis necessariis quilibet fidejussor admittendus l. 1. h.* Etiam non idoneus scilicet *L. 1. ff. h. t.* Cum autem idoneus fidejussor intelligatur ex duobus 1. ex conveniendi facilitate & 2. ex facultate *L. 2. pr. ff. qui satisdar. cogant.* notandum est, posterius respectu personarum necessariorum quidem remitti, minime vero prius *d. l. 2. §. 4. qui satisd. cog. l. 1. ff. in jus vocari ut eant.* Ad hanc materiam referre licet verba illa: *pro qualitate personae suae: quae vides §. 2. in fin. I. de satisd.*

**Tit. 7. Ne quis eum qui in jus vocatur vi eximat.**

§. 115.

**P**raeterea a praestandis idoneis fidejussoribus, & quidem in totum, liberi sunt per alium vi exempti. *rubr. ff. h. t. arg. l. 155. reg. jur. l. 26. ff. l. 22. C. poen. Add. 4. aphor. 54. in fin.*

**Tit. 8. Qui satisdare cogantur vel jurato promittant vel sua promissioni committantur.**

§. 116.

**N**ec minus si quis juratoriae aut suae id est nudae promissioni adversario aut lege indulgente committatur. *rubr. ff. h. t.* Ubi Tertium inter negotia, *vid. §. 68. supra,* occurrit *Satisdatio*, aut *Cautio*. De qua re abunde dixi *libr. 4. aph. 75. seqq. & libr. 1. aphor. 91.*

*Tit.*

**Tit. 9. Si ex noxali causa agatur.**

§. 117.

**A**ddendum est, cautionis *judicio sisti* effectum eum esse, ut *sisti* debeat eodem in statu sive reus ipse sive res qua de agitur, quo satisfactionis tempore erat: *v. §. 1. l. de div. stipul. l. 4. §. 8. de remil.* quod hic titulus exemplo noxalis actionis demonstrat.

**Tit. 10. De eo per quem factum erit quominus quis in iudicio se sistat.**

§. 118.

**P**orro (*Tertio*) dicta §. 113. *supra* multa exceptio cessat si per alterius dolum factum fuerit quominus quis iudicio se sistat, non tantum si id fecerit per vim eximendo, sed & quocunque alio modo: adversus quem actio in factum datur illi sive actori sive reo cuius interest id factum non fuisse. *h. r.* ita ut heres teneri nequeat, nisi quatenus lucratus est *l. 1. §. f. b.* convenienter regula in *l. 5. ff. cal.*

**Tit. 11. Si quis cautionibus iudicio sistendi causa factis non obtemperaverit.**

§. 119.

**C**essat, *Quarto*, si quis vocatus, ex fontica quadam causa non obtemperaverit. Quo spectat exceptio tempestatis, morbi, ventris, &c. *v. l. 2. §. 3. seqq. l. 4. §. 1. seq. h. r.*

Tit.



Tit. 12. De Feriis & Dilationibus &  
diversis temporibus.

§. 120.

Cessat, *Quinto*, si quis vocatus sit in diem tempusve ferius dicatum, aut si dilatio sit concessa: *rubr. h. t.*

§. 121. Sunt autem feriæ dies ab actibus judicialibus vacui. *l. 5. h.*

§. 122. Dixi: *dies*. Ita enim est in *l. 2. l. 6. l. 9. h. &c.* Computatur autem dies a nocte media ad noctem mediam: scilicet more Romano: itaque quicquid in his viginti quatuor horis, id est duabus dimidiatis noctibus & luce media, actum est, perinde est, quasi quavis hora lucis actum esset. *l. 8. h. t.* Ex quibus patet, quomodo verum sit, Salvatorem Mundi per triduum fuisse in sepulchro. Scilicet, si diem computes *more Romano. d. l. 8.*

§. 123. Alia diei computatio est vulgaris, a solis ortu ad occasum. *l. 2. §. 1. l. 124. V. S.* Alia Canonica, de vespera in vesperam. *c. 1. X. de fer.*

§. 124. Hæc ultima & præcis Germanis arrisit. Audi Tacitum *de morib. Germanor. cap. 11. Nec dierum numerum* (ait Tacitus) *ut nos: sed noctium computant: sic constituunt, sic condicunt: nox ducere diem videtur.* Quænam hujus computationis ratio sit? inquit Berneger. *ad Tacit. qu. 53.* Scilicet, nec Ethnici ignorabant; noctem die, ab origine rerum, priorem fuisse: E  
veluti

veluti Ovid. libr. 1. metamorph. ibi: Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan. nec nova crescenti reparabat cornua Phæbe. Hinc & aliis gentibus præfata computandi ratio usitata fuit, veluti Gallis: *Cæsar. 6. bell. Gall. 18.* Numidis: *Stob. serm. 42.* Hinc & apud Germanos hodieque est *Weihenacht & Fastnacht*: & alibi *Fastenavondt*.

§. 125. Ferias dividimus in *Sacras & Humanas*. Illæ cultui Divino dicatæ sunt: *v. l. 3. l. 6. l. 7. l. f. C. h.*

§. 126. Hæ vel ob utilitatem hominum indutæ sunt, vel ob singularem rei memoriam, *c ult. X. h. t.* Illas *Necessarias* vocant: *Has, Honorarias.*

§. 127. *Necessariæ* iterum vel *Urbanæ* sunt vel *Rusticæ*: non a loco ita distinctæ, sed ab usu. *conf. l. 166. l. 198. V. S. §. 1. L. de servit. prædior.* Ad *Urbanas* spectant feriæ *Nundinarum*, *l. un. C. de Nundin.* *Rusticæ* sunt vel *Messium* vel *Vindemiarum*. *l. 1. pr. h. t.* Alii addunt, *feminum spargendorum*. *v. Umm. proc. disput. 7. rh. 8.* sed absque lege.

§. 128. Est & hic controversia, an feriæ dictæ *Rusticæ* etiam illis profint qui circa opera rustica non occupantur? Nos affirm. cum ratio talium feriarum fundetur agriculturæ vindemiæque favore *l. 1. h. t.* atqui hic omnibus adest. *v. supra. §. 37.* quicquid contra speculetur *Speculator tit. de feriis. §. 1. n. 8.*

§. 129. *Feriis Sacris* five *Divinis* cessant judicia *l. f.*

*l. f. §. 1. C. h. & compromissa l. 7. in f. C. h.* non obstante *l. 36. ff. de rec. qui arbit. recep.* quippe quæ de feriis humanis loquitur, aut, si non de iis loquitur, ad eas tamen per dictam legem Codicis restringenda est. *l. f. ff. constit. princ. §. pen. I. de L. Aquil.* Accedit *l. 5. C. h. t.* de feriatis geminis mensibus loquens, id est de feriis supra indicatis rusticis, messium & vindemiarum, adeoque humanis. Cessant præterea diebus Sacris artium officia. *l. 3. C. h. t.* Sed an & Studiosus die Dominico studiis suis, collegiis forte repetendis, poterit incumbere? Nég. *per d. l. 3.* Aliis diebus sacris quin post publicas conciones id fieri queat, nil obstat: eoque pertinet illud antiquum: *Qui vult Sanctorum celebrare singula festa, Non poterit clare cum Codice scire Digesta.* Sed dies Dominicus sive Solis dictam singularem indolem aut habet aut consecutus est *per d. l. 3. C. de fer. junct. l. ult. C. eod.* vid. Stryck. *de jur. sabbathi cap. 1.* Tirus *teutsch. geistl. recht. libr. 3. cap. 1.*

§ 130. Possunt tamen diebus sacris, quin vel ipso die Dominico, pacta transactionesque institui. *l. f. C. h.* quin & agrorum vinearumque culturæ peragi *l. 3. C. h.* quin & actus voluntariæ Jurisdictionis, ita ut nec acta super his prohibeantur *l. 8. C. h.* Sed & tormenta latronibus ipso Paschæ die adhibenda. *l. 10. C. h. &c.*

§ 131. Si actus prohibitus diebus Sacris exerceatur, erit nullus. *c. ult. X. h. arg. d. 5. C. de legib.* Nec dubitandum, quin præterea extra ordinem agens queat puniri. *v. l. 13. pæn.* E 2 §. 132.

§. 132. Feriis Divinis Jus Civile non accensere Festa Ascensionis & Pentecostes, merito mireris: nisi audis excusantem Vultejum *de judic. 2. c. 7. n. 307.*

§. 133. De Feriis Humanis, tenenda est regula, neminem tum in iudicium cogi venire *l. 1. pr. §. 1. h. Limit. (1) Nisi iisdem renuntiaverit, etiam tacite l. 1. §. 1. l. 7. h. (et si id in honorariis non procedat, arg. l. 27. ff. de R. §. l. 38. de pact.) (2.) quoad causas publicas & fiscales, liberales, alimentorum, tempore aut morte perituras, &c. v. l. 1. §. seqq. h. l. 5. C. h.*

§. 134. Dilatio (de qua *rubr. ff. h. t.*) est rei in iudicio agenda in alium diem reiectio.

§. 135. Estque vel Legalis, vel Judicialis, vel Conventionalis. Legalem lex concedit, ex. gr. decem dies ad appellandum, Conventionalem pars parti per pactum indulget, Judicialis est quam iudex concedit causa cognita, *l. 4. C. h.*

§. 136. Effectus dilationis est, quod cum a iudice concessa, profit & alteri, *l. 3. C. dilat. l. 6. C. temp. in int. restit.* item: quod ea pendente, nihil possit novari: *l. 3. C. dilat.*

§. 137. Ad tertiam rubricæ partem: *de diversis temporibus*: moneo, tempus aliud esse Continuum, aliud Utile.

§. 138. Continuum est quod 1. per omnes dies, etiam per ipsas ferias computatur, & 2. etiam ignorantibus currit, *l. 8. de his qui not. infam. l. 31. ff. l. 5. C. de adulter.* Utile est ubi nec 1. dies feriatum computantur, nec quod 2. ante diem scientiæ currit.

tit. l. 1.  
bon. po.

§.  
tempu  
restit.

num u

§. 1

retur i

ff. 5. th

timo d

minus

A. l. 1.

l. 38 p

tum la

pell. ad

C  
Cn

ra. v.

quid si

de lit. c.

debere

illa qu

commu

tiones.

monstr

an con

veniat

tit. l. 10. §. f. Turpil. l. 55. adit. ed. l. 2. C. qui adm. ad bon. poss.

§. 139. Nunc nota regulam : in dubio intelligi tempus continuum. l. f. C. dol. l. f. C. temp. in int. restit. Excipe actiones Prætorias ; quæ volunt annum utilem. l. 19. §. f. l. 38. ad. ed.

§. 140. Adhuc quæro, an dies termini computetur in termino? Recte Struvius monet exercit. ff. 5. thes. 31. duplici id accipi posse sensu, vel de ultimo die termini, vel de ipso die quo assignatur terminus. Illum computari arg. l. 133. V. S. l. 6. de O & A. l. 1. §. 9. succ. ed. l. 30. §. 1. adult. Hunc non arg. l. 38. pr. V. O. nisi tempus de momento in momentum labatur, ut in terminis legalibus. l. 1. §. 5. qu. appell. add; Esbach. ad Cz. 1. 2. 23.

### Tit. 13. De Edendo.

§. 141.

**C**essat Sexto (v. §. 113. in fine supr.) si actor actionem non ediderit. Edere (quartum inter  $\pi\gamma\omega$ - $\tau\alpha$ . v. §. 68. supr. & Vulrej ad l. 4. C. de jurisd. n. 9.) quid sit: v. l. 1. pr. §. 1. b. l. 3. C. h. Auth. Offeratur. C. de lit. cont. Ubi notandum est, non tantum edi debere actionem, sed & instrumenta (aliquando & illa quibus actor ipse usus non est, ex gr. si sint communia. v. l. 2. l. 7. C. h. l. 5 ff. fam. etc.) & rationes. Est autem editio actionis, futurae litis demonstratio, ut adversarius deliberet, utrum cedere an contendere velit; & si contendendum putet, veniat instructus, cognita actione qua convenitur.

E 3

Heic

Heic maxime controvertitur : An plures actiones uno libello cumulative proponi possint? Neg. arg. l. 6. exc. rei jud. l. 76. §. pen. de leg. 2. Scriv. ff. exerc. 46. th. 100. Vinn. 2. quest. 39. An nomen actionis in libello exprimendum sit Jurē Civili? Neg. arg. l. 6. ff. de reb. cred. c. dilecti. x. de judic. Bronchorst. 2. miscell. 55. Hillig. ad Donell. 23. c. 4 lit. C. An libellus alternativus admittendus sit in actione hypothecaria? Neg. arg. §. 1. l. de act. l. 16. §. 3. pign. Bacchov. de pignor. libr. 3. cap. 12. num. 8. add. Access. 1. Inner. sive Disputat. de duobus Reis, cap. 1. §. qua sequuntur. An libellus alternativus obineat, cum quis ob lationem ultra dimidium agit ex l. 2. C. de rescind. vendit? Neg. per d. l. 2. Dixi infra Admon. part. 3. §. 83. Diff. Schurz. compend. Laut. pag. 41. lit. E. & pag. 347. O. Quid Lauterbachius hac in controversia? Fluctuat. v. Laut. Coll. ff. de edend. §. 21. & tit. ff. de rescind. vendit. §. 47. Adhuc quæritur: an reus (qui regulariter non edit. v. Berlich. 1. concl. 45.) aëtori instrumenta edere cogatur cum de aëtoris replicatione probanda agitur? Aff. arg. l. 1. except. vid. Alexand. ad l. 8. C. h. r. n. 25.

§. 142. Etiam huc pertinet controversia de uno casu quem memorat Justinianus §. 2. in fin. I. de action. Credo, frustra esse omnes Doctores quotquot eum extra titulum Digestorum de Actionibus quæsierunt: ad hunc enim se refert Cæsar d. §. 2. inf. ubi enim eum opportunius investiges? Monstro adeo hunc unum casum in l. 37. §. 1. ff. de obl. & actionib. ubi habes mixtas actiones, & illas de quibus

§. 20.

§. 20. L.  
tis, Ut  
sub un  
d. l. 37.  
abig.  
tution  
visis,  
bus av

C  
aut Ti  
§.  
etum  
eta, u  
cepti  
umve  
§.  
(1.) i  
quoc  
aliis  
quca  
§.  
Taci  
verb  
lex c  
l. 2.  
utic

§. 20. *I. de act.* & interdicta retinendæ, uti possidentis, Utrubi, de superficiebus, &c: Ut *multa* species sub *uno* generali casu comprehensæ, conjunctim in *d. l. 37. §. 1.* compareant. *Conf. l. 85. de V. S. l. 3. de abig.* Agunt & de his & de illis equidem & Institutiones, sed non tam opportune, utpote locis divisis, & de his quidem loco abs titulo de actionibus avulso.

### Tit. 14. De Pactis.

§. 143.

**C**essat *Septimo* (jung. §. 113. *supra*) multa non comparentium, si litigatores interim *Pactis* aut *Transactionibus* litem aboleverint.

§. 144. Pactum sumitur vel *late*, ut & contractum comprehendat. *l. 1. §. 2. l. 27. §. 2. h. t. vel stricta*, ut contractui opponatur. *l. 6. l. 7. §. 5. h. t.* In acceptione lata describitur, quod sit *duorum plurimumve in idem placitum consensus. d. l. 1. §. 2. h. t.*

§. 145. Et in hac generali acceptione, dividitur (1.) in Contractum, & Pactum in specie dictum, quod & Pactum nudum audit: de qua divisione aliisque ad eam pertinentibus dixi quod sufficere queat, *ad Institut. lib. 3. apb. 57. & seqq.*

§. 146. Dividitur (2.) Pactum in *Expressum* & *Tacitum*. Illud, cum consensus à paciscentibus verbis, litteris, aliove modo significatur: Hoc, cum lex eorundem consensum ex facto aliquo præsumit. *l. 2. pr. & §. 1. h.* A quo præsumto consensu differt utrique fictus qualis in *Quali* contractibus usu ven-

E 4

nit:

nit: vid. *ad Instit. lib. 3. aph. 145.* Pacti Taciti notabilem speciem præbet, redditio chirographi, ex hac quippe remissio debiti, quo de dictum chirographum agit, præsumitur *l. 2. §. 1. b. et si*, inquam, duo quis chirographa habeat, & uno reddito, alterum retineat: cum & dictus textus indistincte loquatur, & rationes pro debitore & creditore militantes, rem hanc dubiam efficiant, ut consequenter pro reo pronuntiandum sit. *l. 47. de O. & A. l. 125. de R. 7.* add. Menoch. *3. præsumt. 140. n. 8. seq.* Lauterbach. *comp. ff. pag. 44.* Dissent. Vinn. *1. select. quæst. 7.* Schotan. *ad ff. disp. 14. rh. 8.* Aliud pactum Tacitum habes in redditione Pignoris non equidem ut ea totius debiti remissionem includat (nisi ex specialibus conjecturis aliud colligi fas sit, ut in casu *l. 9. C. de remiss. pign.*) sed ut pignoris vincula abrupta esse intelligantur. *l. 3. ff. b.* Alias Pactorum Tacitorum species vide sis in *l. 31. vers. nam si quis. ff. loc. cond. l. 21. §. f. inf. ad municip. l. 8. quem. servit. amitt. l. 13. pr. l. 17. §. 1. ff. de usur. l. 3. C. eod.* Alias præbet titulus ff. & C. in quibus causis pignus vel hypotheca tacite contrahitur. Qui idem titulus argumento est, Quasi-Contractus etiam ad Pacta Tacita referri posse: cum sint Pignora Tacita quædam *Præsumto*, quædam *Ficto* consensu fundata. Ut pari ratione qua Pignora Legalia vulgo vocant quæ tacite contrahuntur, & Pacta Legalia agnosce-re liceat.

§. 147. Porro (3.) dividitur pactum in Personale & Reale, siva in Personam & in Rem. *l. 25. §. 1. l. 40.*



l. 40. l. 57. §. 1. h. t. Illud ad solas paciscentium personas pertinet: hoc (quale in dubio praesumitur l. 7. §. 8. h. t.) & ad alios porrigitur: veluti ad heredes, successores item singulares, sociosque correos & fidejussores. l. 16. l. 17. l. 21. §. f. l. 25. pr. & §. 1. l. 40. l. f. h. t. cum vel in locum principalis debitoris succedant vel ejus accessorii sint. Quod utrumque cessat in casu quo fidejussor paciscitur l. 23. h. item, eum creditorum major pars paciscitur, vid. l. 25. C. h. t. junct. l. 7. §. f. l. 8. l. 9. ff. h. t. l. 74. de R. 7.

§. 148. Adhuc (4.) extat divisio Pactorum in Publica & Privata. Illa de publicis causis publica auctoritate peraguntur: Hæc non l. 5. h. t. De Privatis, tenendum est, *jus publicum, privatorum pactis mutari non posse.* l. 38. h. t. l. 27. de R. 7. quod limita, nisi ea mutatio publico jure privatis indulta sit: tum enim juri publico non derogatur, sed obtemperatur: exempla in Jurisdictione prorogata, & alibi, præstant.

§. 149. Ceterum Pacta quatenus expresso aut praesumpto (in ficto id cessat) consensu constant, duo hujus consensus requirunt principia: intellectum, inquam, & voluntatem: his enim duobus omnis consensus absolvitur. Hinc sequitur, pactis obstare errorem l. 15. de jurisdic. l. 51. de pact. l. 57. de O. & A. Dolum item, & metum, de quibus infra libro quarto. Sequitur, pacisci non posse, mente captos, nec furiosos: vide tamen l. 13. §. 1. de offic. praef. l. 6. C. de curat. fur. item l. 3. §. 5. de neg. gest. l. 46. de obl. & act. l. 25. de fidejuss. & que dixi Accession. Irner.

*in fine.* nec extreme ebrios *c. 14. x. de vit. & bon. cleric. l. 11. §. 2. de pæn.* nec infantes *§. 9. l. de inutil stipul.* Sequitur, nec pupillum, immo nec minorem, qui sub tutoris aut curatoris potestate sunt, posse pacisci? utpote cum voluntas ipsius per dationem tutoris & curatoris non quidem sublata, sed quod ad pacta & obligationes omni effectu privata, & hætenus in tutorem curatoremve collata sit: ut consequenter etsi retineant obligandi se voluntatem, amiserint tamen potestatem: quemadmodum oculis aut pedibus orbat, retinent videndi eundique voluntatem, destituti videndi eundique potestate. Habent tò *velle* (ut Doctores id efferunt) non habent tò *posse*. Unde sequitur, pupillos minoresque absque tutorum curatorumve, si hos habent, consensu, non obligari: ne quidem naturaliter. Cum ad omnem actum naturaliter præter voluntatem requiratur & potestas, quæ hic pupillis minoribusque deest. Quod si alicubi leges deprehendis apparenter obstantes, quas inter famosa est *lex 101. de V.O.*, eas tu de exceptionibus cape sis, veluti, si pupillus minorve locupletior factus fuerit, item si agatur de damno tertii, verbi gratia, si pro pupillo absque tutoris consensu se obligante Titius fidejubeat, tum pupillus valide obligatur, non ut contra pupillum actio detur, huic enim potestas se obligandi subducta est, sed ut tertius ille Titius fidejussor principalem debitorem habeat cui accessorius debitor sit, & teneri queat, cum nulla ratio sit, cur ipse Titius (quem tutor curatorve non tangit) valide obligari

gari  
Vent  
§. 15.  
§.  
rator  
illuc  
tor  
pro  
test  
lige  
Dix  
r  
omn  
agit  
pro  
l. 5.  
run  
§  
per  
reg  
gul  
neg  
in  
tur  
do  
Aff  
hæ  
ter  
pai  
qu

gari non debeat. Vide sis latius *tr. nostr. de Jure Ventris parte 9 sect. 4.* & infra *Admonitor. part. 4. §. 153.*

§. 150. Ex iisdem fluit, nec prodigum absque curatoris consensu obligare se posse. Quo pertinet illud Horatii: *Interdicto huic omne adimat jus Prætor & ad sanos abeat tutela propinquos.* Deest ergo prodigis, obligandi se potestas. Nec obloqui potest *l. 25. de fidejuss.* utpote de exceptionibus intelligenda, veluti si prodigus locupletior sit factus. *Dixi Accession. Irner. l. plane in fine.*

151. Quemadmodum autem pupillus minorque omnia cum tutoris curatorisque consensu recte agit, immo & absque hoc alios sibi obligat: ita & prodigus. *l. 3. C. de rest. in integr. l. 9. §. 7. reb. cred. l. 5. de R. 7. l. 5. §. 1. de acq. her.* Qua in parte differunt a furiosis. *l. 5. de R. 7. l. 70. §. 4. de fidejuss.*

§. 152. Paciscendi potestas adimirur quibusdam per statum, puta servis & filiisfam. Sed secundum regulas plane contrarias. De servis quippe est regula: Eos nec obligare nec obligari. *l. 21. §. 1. h. l. 17. neg. gest. l. 14. de O & A. l. 32. R. 7.* Quæ falsa est tum in casu quo domino suo acquirit *l. 17. §. seqq. h. t.* tum quod ad obligationem naturalem qua & ipsi domino suo obligatur *l. 16. §. f. l. 9. §. 1. l. 14. de pecul.* Ast de filiisfam. Prostat regula in *l. 39. ff. de O. & A.* hæc: *Filius familias ex omnibus causis tanquam paterfamilias obligatur & ob id agi cum eo tanquam paterfamilias potest.* Sed & hæc regula nonnunquam officium suum perdit: veluti respectu mutui pecu-

pecuniarii. §. pen. I. quod cum eo qui in alien. potest. & voti l. 2. ff. pollicit. Item: si cum ipso patre suo paciscatur l. 7 de O. & A. l. 11. de judic. aut cum fratre qui in ejusdem patris potestate est. l. 38. de cond. ind. Vide tamen l. 2 ff. ad Macedon. Nov. 117. cap 1.

§. 153. Nec omittendæ hoc loco sunt fœminæ maritatæ, quippe quæ juxta Germaniæ Belgiq̃ue mores Curæ Virorum suorum subsunt. Dixi de Jure Filiorum m. 2 §. ult. vid. Herbaj. rer. quotid. c. 13. §. 13. Rôdenb. de jur. conjug. p. 216.

§. 154. Tenendæ & regulæ: I. Nemo paciscendo, alteri acquirere potest. l. 73. §. ult. de R. 7. §. 18. I. de inutilib. stip. De qua vide sis tr. nostr. de jure ventr. part. 3. vis. 1. in fin. II. Ex alterius pacto neminem obligari. l. 3. in f. C. ne uxor pro mar. arg. l. 1. §. 2. h. t. quam limita per t. t. I. Quod cum eo qui in alien. pot.

§. 155. Objectum Pactorum est duplex: Res, & Facta. Quod ad illas norandum est, pacta de futura hereditate esse prohibita l. 15. l. 19. C. h. nisi, secundum Jus Canonicum, jurejurando (corporali. v. Kellenb. de renuntiat. succession. 9. 3.) sunt confirmata. c. quamvis. 2. de pactis in 6. Add. tamen Struv. decisio. c. 2. dec. 8. & seqq. Aym. Cravett. consil. 52. & quæ dixi ad instit. 3. aph. 1. & ad Lautman. 4. ad pag. 49. Quod ad facta, sciendum, non valere pacta turpia nec quæ legibus adversantur. l. 7. §. 7. §. 14. l. 27. §. 3. h. t. ubi speciale occurrit pactum, ne dominus rem suam alienet. l. p. h. t. junct. l. 20. §. 1. de pact. dot. l. 3. de cond. ob caus. l. f. C. de reb. al. non alien.

alien  
extr  
cum  
l. 18. C.  
§.  
rum  
actio  
h. t. V  
aphor  
refut  
man.  
de pa  
Bron  
Hillig  
dubit  
& de  
Ubb  
ba pro  
bant.  
l. 95. §.  
ad Inst  
bro 3.  
§.  
ratis p  
gaude  
instit.  
eo gau  
terest,  
re jud.  
C. don

alien. item pactum advocati cum cliente *l. 1. §. 12. de extr. cogn. l. 6. §. 2. C. de postul. l. 53. de pact. & medici cum agroro. l. 9. C. de profess. & med. Vide sis etiam l. 18. C. de transact.*

§. 156. Effectus Pactorum pro diversitate specierum varius est De Pacto nudo controversitur, an actionem pariat? Negamus, de Jure Civili. *l. 7 §. 4. h.t.* Vid. infra *Admonitor, part. 6. §. 290. & libr. 3. aphor. 57. & Feltn. de jur. in re. c. 30. n. 23 seqq.* ubi refutat dissentientem Mæstertium *1. justit. leg. Roman. 31.* Affirmamus de Jure Canonico. *c. 1. & 3. x. de pact. v. Bockelm. tr. de actionib. c. 3. part. 9. §. 7. Bronchorst. 1. assert. 39. Diss. Fachin 2. contr. 101. Hillig. ad Donell. 12. comm. 9. lit. a.* De moribus non dubitamus: per ea quæ habet Tacitus *13. annal. 54. & de morib. Germanor. cap. 24.* Quo cum confer Ubbonem Emmium *2. rer. Friscar. in sin. ibi: verba pro litteris & sigillo, dextram pro juramento habebant.* Alium effectum Nudi Pacti habes in *l. 27. §. 2. l. 95. §. 2. h.t. juncta l. 95. §. 4. de solution.* de quo dixi ad *Instit. libr. 3. aph. 152. in fin.* Alios habes dicto libro *3. aph. 51.*

§. 157. Contractus, etiam quasi tales, connumeratis pactis legitimis, & pactis adjectis, ea indole gaudent, ut actionem producant efficacem. *Vid. ad instit. d. libr. 3. aph. 57.* Debitor tamen facti nudi eo gaudet privilegio quod præstando id quod interest, facti præstationem queat declinare *l. 13. f. de re judic.* quod in factio prægnante secus est. *l. 35. §. 5. C. donat. §. 2. l. d. t. l. 68. de R. V.* Vide sis *tr. nostr. de*

de Jure Ventris part. 12. §. 4. & 5. De Pactis etiam in  
continenti contractui adjectis nota sis l. 3. C. de usur.  
junct. l. 11. §. 1. l. 14. de reb. cred. l. 7. §. 5. l. 17. pr. h. t.

### Tit. 15. De Transactionibus.

§. 158.

**P**Acti in genere & late sumti, species est Trans-  
actio. l. 9 §. ult. l. 15. l. pen. l. ult. h. t. l. 28. l. 31. C. eod.  
Differt autem à ceteris Pactis quod heic requiratur  
1. res incerta l. 1. h. t. l. 2. C. eod. 2. ejus decisio l. 7. l. 17.  
l. 33. C. eod. 3. non gratuito peracta sed aliquo da-  
to, retento, vel promisso. l. 38. C. eod. Unde quili-  
bet sibi Transactionis definitionem ipse facili nego-  
tatio cuder. Forte talem: *est pactum quo res dubia  
non gratis deciditur.* Per genus. *pactum*: distingui-  
tur Transactionio a decisione Judiciali l. 83. §. 1. de V. O.  
Per reliqua, a reliquis pactorum speciebus, utpote  
quæ & de rebus certis, & gratuito, peraguntur. Cum  
sit *pactum*, sequitur, ad eam neminem cogi. l. 116. pr.  
R. 7. vid. tamen Brunnem. 1. Eccles. 3. c. 1. §. 15.

§. 159. Cumque pactum hic in genere sumtum  
sit, non est mirum, variis modis transactionem per-  
agi posse; veluti pacto nudo l. 2. l. 15. ff. l. 28. C. h. aut  
contractu innominato l. 6. 33. C. h. aut stipulatione  
*arg. pr. I. de V. O. in f.* Nec dubitandum est, posse  
accedere scripturam. d. l. 28. subjici stipulationem  
pœnalem d. l. 15. aut Aquilianam cum acceptilatione  
l. 4. l. 15. l. 32. C. h. Quin posse & judicialiter peragi  
d. l. 28. aut jurejurando confirmari. l. 41. C. h.

§. 160. Cum Transactionio pactum sit, sequitur, a  
pacto

pacto ad transactionem recte argumentum duci,  
 nisi differentiam inducat ejus specialis indoles in  
 aliquo dato, rerento, promissiove constituta. Unde  
 sequitur, transigere eos posse qui & pacisci. Sed spe-  
 cialis quam dixi indoles, non nihil specialis juris  
 peperit circa Patrem, Tutorem, Procuratorem,  
 Syndicum, Vassallumque, transigentes. Et pater  
 quidem, et si circa res filii emancipati, & res filii fam-  
 castrenses veras vel quasi, nec non adventitii irregu-  
 laris, nil juris habeat. *l. 10. b. l. 2. Macedon Nov. 117.*  
*c. 1.* de peculio tamen adventitio regulari, etiam in  
 alium rem transferendo, recte transigit, modo filius,  
 si praesens & pubes sit, consentiat. *l. f. §. 3. seqq. C. de*  
*bon. que lib.* Porro, Tutores & Curatores recte  
 transigunt, modo jus pupillorum minorumve sit  
 valde dubium, & si de re immobili per transactio-  
 nem alium transferenda agatur, judicis decretum  
 accedat *l. 54. §. f. l. 56. §. 4. de furt. l. 22. C. admin.*  
*tut.* Procuratores transigere nequeunt *arg. l. 5. pr.*  
*ff. mand. §. 8. l. eod.* nisi speciale habeant manda-  
 tum, aut cum libera, aut in rem suam dati sint *l. 7.*  
*C. de proc. l. 17. §. ult. de jurejur. l. 58. ff. de proc. junct.*  
*l. 38. C. de transact. Dixi 3. manip. 15. De Syndicis*  
*v. l. 12. C. b. De Vassallis dixi not. feudal. ad Felm.*  
*num. 251. Et ad Lant. man. 2. n. 54.*

§. 161. Objectum transactionis sunt res dubiae:  
 ergo & si litigiosae sunt. Sufficit tamen, si vel metus  
 litis subsit *l. 1. ff. l. 2. C. b.* Excipe tamen (1.) delicta  
 sanguinis poenam capitalem non ingerentia: ex-  
 cepto *Falso. Veluti Adulterium* excipitur a regula  
 qua

quæ ratione criminum capitalium transactionem indulget. vid. *l. 18. C. h. t.* Rationem excepti adulterii indagat Martucius *varior. explorat. libr. 1. c. 25.* De ratione excepti falsi, vide fis quæ dixi ad *Laut. 3. Man. 16.* Est tamen de adulterio permiffa pactio gratuita: vid. Padilla ad *L. transigere. C. de trans. n. 94. & seq.* (2.) alimenta futura per ultimam voluntarem relicta, de quibus, nisi prætore auctore, regulariter transigi nequit. *v. l. 8. pr. & §§. seqq. b. (3.)* Controversias matrimoniales, quatenus agitur de sponfalibus vel matrimonio dissolvendis, *c. ult. x. h. t. Laurerb. comp. ff. pag. 55.* & DD. commun. Verum, cum *d. c. ult.* de Sponfalibus non loquatur, & Sponfalia, etsi de Præsenti, matrimonium non sint, sequitur, ad Sponfalia dictum *c. ult.* male extendi? maxime a Reformatis & Lutheranis, qui ne in matrimonio quidem Sacramentum agnoscunt, cujus ratione decisio dicti *c. f.* fundata est. Nec proinde dubito, quin ex causa adulterii & malitiosæ desertionis, quæ secundum horum sententiam justæ divortii causæ perhibentur, transactio etiam ad matrimonii dissolutionem admitti possit. Utique cessat ratio a natura Sacramenti in *d. c. f.* arcessita. Conf. Stryck, *de reliquiis Sacramenti c. 2. §. 38. seq.* Excipiunt (4.) causas controversas ex ultimis voluntatibus, quarum tenor nondum est cognitus. *per l. 6. ff. h. t.* Sed nec huic sententiæ accedere possum, propter *l. 12. ff. h. t. l. f. C. de reb. cred. junct. l. 2. ff. de jurej. arg. l. 51. C. de Episc. & Cler. l. 46. in f. ff. & l. p. C. de pact.* Et ad dictam *l. 6.* respondeo, eam agere de

de ca  
tum  
*l. 3. §.*  
ciat e  
§.  
bias c  
sit fir  
æqui  
ob ur  
ta po  
*C. h. t.*  
*l. 16. C.*  
dam  
renue  
*ex §.*  
actio  
nomi  
Primo  
aut re  
tur ad  
*l. 33. C.*  
cura, a  
ex stip  
aurem  
jurara  
action  
tuere,  
*C. h. t.*  
§. 1  
Pactio



de casu quo transigentibus incognitum fuit, conditum fuisse testamentum. *per d. l. 6. ibi: cognitis junct. l. 3. §. 1. eod.* ut adeo hoc casu rescissioni locum faciat error: ut & alibi *l. 29. C. b. l. un. C. de err. calc.*

§. 162. Effectus transactionis est, quod res dubias decidar, & inter transigentes *l. 3. pr. h. t.* tantæ sit firmitatis, ut jusjurandum & rem judicatam æquiparet. *l. 20. C. b. t. l. 2. l. 31. ff. de jurej.* Unde nec ob unius pœnitentiam. *l. 39. C. b.* nec ob instrumenta postea reperta *l. 19. C. b.* nec ob indebitum *l. 23. C. b. l. 65. §. 1. de cond. ind.* nec Imperiali rescripto *l. 16. C. b.* infirmatur. Sed qua ratione, ad implendam transactionem, cogi potest eam adimplere renuens? Moribus indistincte actionem dari, patet *ex §. 156. supra.* De Jure Civili disting. an. 1. transactio pacto nudo inita sit, an 2. per contractum innominatum, an 3. stipulationis accedente vinculo. Primo casu, actioni locus non est, sed exceptioni aut replicationi. *l. 19. l. 28. C. b.* Secundo casu, datur actio præscriptis verbis, ad adimplendum *l. 6. l. 33. C. b. t.* aut condictio causa data causa non secuta, ad reperendum *l. 14. C. b.* Tertio casu, actioni ex stipulatu locum esse non dubitatur. In specie autem circa majores viginti quinque annis qui a jurata transactione resilierint, constitutum est, eos actione cadere, infamia legali notari, accepta restituere, insuperque pœnam promissam præstare *l. 41. C. b. t.*

§. 163. Contraria transactionis sunt, ea quæ & Pactorum, nisi quatenus distincta in doles distincta

F

de-

deposcit jura §. 158. *supr.* ita post rem judicatam valet pactum, non transactio, vid. Garcia. *de pactis pag.* 785. n. 15. De errore jam monui *supra* §. 161. *plane in fin.* De metu & coactione, res similiter expedita est. *l. f. C. de his qua vi.* Nec dubitandum est de dolo, *l. 5. C. de dol. mal. l. 65. §. 1. de cond. ind.* Eriam rescinditur transactio, si ex falsis instrumentis inita sit *l. p. C. h. &* in causa publica, ex instrumentis noviter repertis *l. 35. de re judic.* Schrader. *ad l. admonendi. n. 209. & seq.* Sed an & ob enormem laxationem? ut succurratur læso per remedium ex *l. 2. C. de resc. vend.?* Nos negamus per *l. 20. C. h. r. junct. l. 25. de stat. homin. l. 78. §. f. ad Trebell. arg. d. l. 2. ibi: hum.* Conf. Everhard. *consil. 241. n. 12. Zah. ad l. 36. de V. O. n. 20.*

## LIB. III. TIT. I.

### De Postulando.

§. 164.

**S**equitur (*vid. §. 68. supr.*) ut de Advocatis & Procuratoribus videamus. Illi, velut & ipsi Litigantes principales, postulare dicuntur. Est enim Postulare, desiderium suum vel amici sui in jure apud eum qui Jurisdictioni præest exponere vel alterius desiderio contradicere. *l. 1. h.* Alibi, postulare aliter accipitur, veluti Jure Canonico est conferre prælaturam ei qui ob impedimentum Canonicum eligi nequit. *Bockelm. differ. juris Civ. & Canon. c. 17. n. 19.*

§. 165.

§. 165. Postulare, ut id h. t. fumitur, si quis instituat pro alio, vocatur *Advocatus*: qui distinguendus est a Procuratore, quippe qui non exponit nec contradicit, sed exponenti & contradicenti ministerium præbet. De Advocato lectu dignæ sunt *L. 14. C. de advoc. div. judicior. l. 6. §. 1. C. h. t. l. 14. §. 1. C. de judic.* Nec omittendum, salaria Advocatis, a clientibus, qui dare possunt, omnino esse præstanda. *l. 13. §. 9. C. de judic.* licet incertum aut nihil promissum sit *l. 1. §. 10. de extr. cognit.* ut tamen modum non excedant, quod iudex moderabitur, non alligatus ad præscriptum *l. 1. §. 12. de extr. cogn. arg. l. 61. §. 5. med. ff. de furt.* Vide sis *not. nostr. feudal. ad Feltrm. n. 244.* Si advocato promissum sit salarium annuum, & is anni initio moriatur, integri anni salarium ad heredes transmittet; etsi numeratum advocato vivo non fuerit. *arg. l. 1. §. 13. de extraord. cognit. junct. l. 9. de jur. & fact. ign. l. 23. de L. Aquil. Gail. 1. obs. 44. Mynfinger. 3. obs. 8. Muller. ad Struv. ff. 18. th. 10 lit. d. Dissent. Umm. 2. process. 39. n. 47. Vaud. 1. quest. 7.* Certum autem salarium in casum victoriae vel amicabile compositionis promissum, advocato antea mortuo, integrum non debetur *arg. l. 4. C. de condit. insert. l. 23. §. 2. de L. Aquil. 94. de cond. & dem. Lauterb. comp. ff. h.* Quicquid autem occasione officii sui advocati sibi comparaverint, id quasi castrensi peculio imputabitur. *l. 4. l. 8. C. de adv. div. judicior.*

§. 166. Postulare omnes possunt, qui non prohibentur. *arg. §. 1. l. de jure person.* Prohibentur autem quidam 1. Sententia judicis. Alii 2. Lege. Alii 3. Edicto Prætoris.

F 2

§. 167.

§. 167. Sententia judicis: Si advocatis ob contumaciam vel delictum aut ignorantiam aliamve ob causam postulatione, aut in perpetuum aut ad certum tempus, interdicitur *l. 8. h. t. l. 9. pr. de pœn.* Possunt nihilo minus tales prohibiti, extrajudicialiter, consilio, scripturis, aliave privata opera, litigantium causæ inservire *arg. l. 1. l. 7. h. t.*

§. 168. Lege arcentur quicumque non sunt Catholicici *l. f. C. h. t.* Sed nota, Reformatorum Lutheranorumque Sacris addictos, esse etiam Catholicos, non solum quatenus jura Catholicorum ipsis sunt communicata *Instrum. Pacis Westfalicae artic. 7. §. 1.* sed & ex Jure Justiniano *l. 7. §. 4. 4. s. l. 9. §. 3. C. de Summa Trinit. Nov. 115. c. 3. §. 14.* vid. *infra part. 5. §. 34.* Arcentur & Clerici, nisi pro se & conjunctis agant *c. 1. §. ult. x. h.* Item, Potentiores *l. un. C. ne lic. potent.* Nec non, Judices ejusdem causæ *l. 6. pr. C. h.* nisi causa in secunda instantia ventiletur, cuius fuerunt judices in instantia prima, ubi tum admittendi sunt ut tueantur existimationem suam, ne per sordes, jurisve aut facti ignorantiam, in instantia prima judicasse dicantur. Ubi tamen supererogatoria non est *Frantzki 2. resol. 13.* visio, tutius scilicet judicem a tali Patrocinio abstinere, cum possit in secunda hac instantia sententiam nancisci adversam, cum eventus litium casibus foruitis imputentur. *l. 51. pecul.*

§. 169. Edictum Prætoris tres prohibitorum ordines constituit. Primus Ordo continet eos qui in totum arcentur, veluti, surdi *l. 1. §. 5. h.* item, minores

tes fo  
situr  
pern  
l. de  
item  
liebu  
locat  
se &  
cupa  
quæ  
mia

Tit

IN  
Ima  
exim  
ob tu  
cogn  
testa  
§.  
§. 6.  
test  
Supr  
§.  
visio  
jam  
thau  
injur  
parr

tes septemdecim annis *d. §. 3.* Secundo ordine consistunt illi quibus Prætor pro se duntaxat postulare permittit: quo pertinent mulieres, (vid. tamen *§. 3. l. de Suspect. tut. l. 1. l. 2. pr. de accus.*) & cæci *d. l. 1. §. 5.* item insigni infamia laborantes, quales sunt, muliebria passi, & qui cum feris bestiis depugnant ex locato. *d. l. 1. §. 6.* Tertium ordinem eorum qui pro se & certis tantum personis postulare queunt, occupant, infames reliqui *v. d. l. 1. §. 8.* Sed hic merito quæres, quid sit infamia? & quinam sint qui infamia notentur? ideo sequitur.

Tit. 2. De his qui notantur infamia.

§. 170.

**I**nfamia est existimationis privatio & ignominia: macula qua quis honestorum hominum numero eximitur, & dependentibus inde juribus privatur, ob turpe factum, jure irrogata. *l. 5. §. 1. de extraord. cogn. l. 2. C. de dignit. l. 8. l. 13. l. 14. C. b. l. 27. C. de inoff. testam.*

§. 171. Dividitur in Gravem & Levem, *arg. l. 1. §. 6. & seqq. de postul.* Sive, ut est *in l. 27. C. de inoff. test.* in maculam turpitudinis & levis nota: *Vid. §. 169. supra.*

§. 172. Est & famosa eademque communis divisio altera in infamiam juris & facti. Sed quam jam olim in Academia Groningana Anthonius Matthæus *colleg. ff. disput. 8.* conculcavit, & nos *Irner. injur. vap. coit. 43. §. 9.* eliminare conati sumus, *Add. part. 6. §. 182. infra.* Plane si quis eam velit infami-

am facti vocare, quæ nullo jure alicui improperetur, saltim absque effectibus juris quos infamia alias secum vehit, ei non obluclabor: sed ea erit releganda ad vanas populi voces, quæ non sunt curanda. *l. 12. §. 1. C. de pœn. Add. l. 3. in f. junct. l. 4. pr. ff. de suspect. tut.* ubi vides, fraudem non infamare nisi ob eam quis remotus sit. Et *l. 11. in f. de dol. mal. junct. §. 2. l. de susp. tut.* ubi temperatis in factum verbis, famæ patroni dolosi parciatur. *Add. l. 20. ff. de his qui not. infam.*

§. 173. Jus ergo solum infamia notat. Verum facit id vel immediate, vel non nisi mediante judicis sententia.

§. 174. Immediate: lex notat (1.) lenocinium facientes, *l. 1. l. 4. §. 2. h.* (2.) viduas intra annum luctus secundas nuptias contrahentes. *l. 10. §. 1. h.* (vid. Brunneinan. 2. jur. ecclesiast. 17. §. 38. & quæ dixi de Jure Ventris part. 10. sect. 2.) immo & illos qui tales viduas ducunt *l. 11. §. 4. h.* quin & parentes qui initio consenserunt, non si ratihabitioem postea interposuerint, propterea quod ratihabitio ultra placiti (quod hic ad pœnam suam consentientes pertinere voluisse, credi non potest) fines extendi nequit. *l. 11. §. 1. l. 13. pr. h. junct. arg. l. 1. §. 2. de pact.* Porro (3.) bina Sponsalia, etiam de futuro, contrahentes *l. 1. l. 13. §. 2. h.* (4.) Improbum fœnus exercentes *l. 20. C. h.* (5.) Mulieres liberas corpore quæstum exercentes *l. p. h.* (6.) in adulterio deprehensos *l. 43 §. pen. de R. N.* (7.) Professorem aut Studiosum, maxime Juris, injuria afficientes; *auth. habita. C. ne fil. pro patr. vid. Fel-*

*man,*

man. 1. de titul. honor. 88. (8.) mulierem quæ per calumniam ventris nomine in possessionem missa est, l. 15. seqq. h. Vid. tr. nostr. de jur. Ventris part. 1. sect. 2. §. ult. (9.) Majores juratam transactionem rescindentes l. 41. C. transact. (10.) Notarios illicita instrumenta conficientes. 2. F. 52. §. 1. (11.) in scenam prodeuntes lucri causa l. 1. l. 2. §. f. l. 3. ff. h. l. 14. de pæn. Nov. 115. cap. 3. quæ docent, & aliis pœnis tales subjacere: ut dubitare liceat, an verum sit, quod de Theodora Augusta Justiniani nostri conjuge narrari solet, quasi hæc scil. scenicam mimicamque vitam exercuisset: cum verosimile sit, Justinianum dictas leges fuisse sublaturum omnemque tali vitæ maculam pœnamque extersurum, si ejus reverendissima conjux eidem unquam fuisset operata. Nec obstat testimonium Procopii (vel quisquis Auctor est) in anecdotis: Cum enim hic sapius injuriæ & mendacii in nequam isto suo libello reus sit, & heic fidem non merebitur. c. semel malus. de R. 7. in 6. Sed in viam. Alios (12.) qui infamia hac, ut loquitur jus Canonicum, legali laborant, vide sis in l. 1. h. t. l. 1. §. 6. de postul. l. un. C. de stud. liberal. urb. Rom. l. f. C. locat. l. 7. C. de interdict. matr. int. pupill. §. tut. l. 6. §. 1. C. postul. l. 5. §. 1. C. majest. Nequaquam autem huc referendi spurii arg. Nov. 18. c. 5. Immo ne facti quidem (finge talem dari) infamia illegitime nati, sume spurios, laborare possunt, quia nullum eorum est turpe factum. v. §. 170. supr. §. 178. infr. etsi contra sentiant magno stipari Doctorum numero H. Pistor. & Filius S. U. Pistor. 1.

quæst. jur. 30. 7. Puta, quando delictum aliquod concurrat quod huic pœnæ specialiter subjiunt, quale est, usurarii manifesti, item ob crimen famosum damnati. Regulariter ut secus sit. vid. Finckelthaus. observat. 84. num. 34. & quæ scripsi.

§. 175. Mediam iudicis sententiam ex præscripto legis requirunt crimina publica reliqua l. 7. de publ. jud. In criminibus extraordinariis infamia pendet a iudicis arbitrio. l. 13. de pœn. l. 9. de crim. extraord. ergo & in stellionatu. l. 2. ff. stellionat. junct. l. 13. §. f. b. In furto, rapina, injuria, damnatum sequitur infamia §. pen. I de pœn. tem litig. idem est in actione doli, non equidem quacunque, sed ea quæ aliis actionibus deficientibus in subsidium datur. d. §. pen. Huc pertinent & quatuor contractus: Societas, Depositorum, Mandatum, Tutela, d. §. pen. ut & lata culpa infamet l. 21. C. mandat. Vid. ad Inst. lib. 4. aph. 115.

§. 176. Sed quinam tandem infamiæ effectus sunt? Primus est quod repellat a dignitate. l. 2. C. de dignitat. l. 7. C. de infam l. 8. C. de decurion. Vultrej. de judic. l. c. 4. n. 124. Et c. 7. n. 7. Secundus, quod testimonium infamium non sit audiendum l. 3. §. 5. de testib. c. infames c. 6. q. 1. Et c. 54. x. de testib. vid. Irner. nostr. d. c. 43 q. 9. Peguera quæst. crimin. s. n. 3. Tertius, quod interdum faciat locum querelæ inofficiosi testamenti, puta quando frater fratri infamem personam instituendo prætulit. l. 27. C. inoff. test. vide tamen Nov. 22. cap. 47 Et quæ dixi Irner. c. 43. §. 7. Quartus, quod querelam inofficiosi interdum exclu-



cludat infamia. *l. 11. l. 19. C. inoff. test. vide tamen Novell. 115. c. 3. & 4.* Quintus, quod aliquando testamenti factionem activam impediatur, *vid. c. 2. inf. de usur. in 6. junct. l. 20. C. h. & l. 18. §. 1. qui testam. fac. poss. junct. §. p. l. de poen. tem. litig. Irner. d. c. 43. §. 9. in f.* Sextus, quod det causam repudio. *arg. l. 8. §. 2. C. de repud. l. 5. C. de sponsal. Brouvver, de jur. connub. 1. c. 25. n. 38.*

§. 177. Contraria infamiae sunt duo; Abolitio contractæ, & Evitatio contrahendæ. De quibus dixi *Sicilim. manip. 4. ad pag 62. in fin.*

§. 178. Infamiae perhibetur vulgo affinis, *levis nota & macula.* Male! Hæc enim est infamia species. *vid. §. 175. supra.* Dicunt, hac macula affectos esse spurios aliosque illegitimos Pessime! Laborant enim macula nulla. *l. 26. de poen. arg. l. 3. §. 2. in f. ff. de decur.* Nec moratur, spurios si competitores legitime quæsitos habeant, in ordinem decurionum non allegi *d. l. 3 §. 2.* Si enim a dignitatibus repelli, levis maculae signum est, sequetur, omnes feminas levis notæ macula adspersas esse *l. 2. de R. f. eademque inquinatos omnes minores l. 8. ff. de mun. & hon.* quin & nobiles illos qui ad torneamenta, cænobiaque nobilia, & comitia non admittuntur, de quibus dixi *supra §. 65. in fin.* Sunt ergo *spurii* humilioris conditionis: Unde & *bastardi* fortean dicti, quasi *basse art* id est humilis generis: aut a *bast* & *art*: ut *bast* sit *cortex*: quasi corticis indolem faciant spurii, utpote extra familiam paternam, ceu cortex extra arborem. Forte & *spurius* hoc sen-

su quod *spurius*, partem *foemineam*, sequi possint *folam*: de quo *conf. A. Marth. parcm. 1.*

### Tit. 3. De Procuratoribus & Defensoribus.

§. 179.

Sequitur (v. §. 164.) ut de Procuratoribus *subsciamus*. Procuratoris vox sumitur vel 1. latissime pro eo qui aliena negotia judicialia vel extrajudicialia, cum vel sine mandato, curat. *l. 3. tut. & rat. distr. l. 24. neg. gest. l. 22. §. 1. rem rat. hab. & ita cape l. 12. C. h. t.* vel 2. late pro eo qui aliena negotia mandatu domini administrat *l. 1. h.* vel 3. stricte pro eo qui aliena negotia sive actoris sive rei judicialia administrat. *l. 8. h.* vel 4. strictissime ut defensori opponatur, *rubr. ff. & C. h.* ubi tum per defensorem intelligitur, qui reum in iudicio sine mandato defendit. *l. 43. §. f. l. 46. §. 2. l. 76. h.* qui Negotiorum gestor est: unde de Negotiis gestis mox subijcietur. Defensor tamen & ille est latiori acceptione qui reum cum mandato defendit. *l. 8. h. l. 18. §. 13. munerib.*

§. 180. Dividitur (in secunda acceptione) procurator 1. In Judiciale & Extrajudiciale. Sive: Litium, & Negotiorum, *l. 33. pr. §. 1. l. 43. pr. procur.* De hoc *infra libr. 17. tit. mandati.*

§. 181. Secundo, Procuratores vel privatorum lites administrant, vel universitatis nomine interveniunt, qui Syndici hodie appellantur, de quibus *titulo seq.*

§. 182.

§. 182. Tertio, Procurator est vel Singularis five specialis cui certa aliqua causa committitur: vel Universalis five omnium rerum. *l. 1. §. 1. b.* Unde mandatum vel Generale est vel Speciale. Illud in rebus maximi momenti non sufficit. *arg. l. 25. §. 1. de A. & O. H. §. 3. l. Proœm.* veluti in juramenti delatione & relatione *l. 17. §. f. l. 18. b. junct. l. 63. b.* in transactione *l. 60. b.* petitione restitutionis in integrum *l. 25. §. f. minor.*

§. 183. Quarto, habet mandatum vel simplex, vel cum libera. Ille ad fines mandati abscessisse alligatur: *l. 5. pr. mand. §. 8. l. cod. l. 21. in fin. C. b. t.* Hic non, habet enim potestatem liberam, quæ utique differt ab *adstricta*. Sed hæc libera potestas est irregularis, adeoque *specialiter* debet concedi. *v. l. 12. C. b.* Unde ad hunc sensum, dividere licebit mandatum in Regulare & Irregulare. Adde sis quæ dixi ad *l. libr. 3. aph. 138.*

§. 184. Quinto: Est vel in rem suam, vel in rem alienam. In rem suam constituitur vel ab actore vel a reo. Qui ab actore, audit & Cessionarius, de quo *vid. ad l. libr. 3. aph. 139.* Reus autem substituit auctorem suum contra quem habet regressum, ut hic litem suo periculo sustineat. *v. l. 66. §. 2. de civit. l. 44. §. 2. de procur.*

§. 185. Sexto: est vel Verus vel Præsumtus vel Falsus. Verus, qui constitutus est mandato. *l. 1. pr. l. 42. §. 2. b.* vel ratihabitione. *l. 66. b. l. f. C. Maced.* Præsumtus, cui mandatum vel ratihabitionem in-pertiendam esse præsumitur, veluti (1.) in parentibus

bus & liberis *l. 35. pr. ff. l. 12. C. h. vid. tamen. l. f. §. 3. C. de bon qualib. §. §. 160. supra. (2.)* in fratribus & fororibus *d. l. 35. (3)* affinibus *d. l. 35. (4)* marito: intellige quod ad bona receptitia, *l. 21. C. h.* nam quod ad dotalia & paraphernalia, non præsumtum mandatum habet maritus, sed verum expressumque. *l. un. §. 5. C. de R. U. A. l. 9. ff. rer. amot. l. f. C. de pact. conv. (5)* libertis. *d. l. 35. (6)* Litis confortibus *l. f. C. de consort. ejusd. lit.* Falsus Procurator est qui nec vèro nec præsumto mandato munitus. Differunt hoc effectu: quod Verus Procurator admitti debeat, etsi non caveat de rato: Præsumtus admittatur, si modo de rato caveat: Falsus autem repellatur & si vel maxime de rato cavere gestiat. *l. 1. l. 12. l. 21. C. l. 40. §. f. ff. h.*

§. 186. Constituit Procuratorem dominus per mandatum *l. 43. §. 1. ff. l. 8. l. 11. l. 23. C. h.* Unde qui nec dominus est, nec mandare potest, is nec procuratorem constituere valet. Unde sequitur, nec pupillum nec minorem, absque tutoris curatorisve, si habent, consensu, procuratorem constituere posse. Si tamen de facto dederint, & sententiam pro se obtinuerint, hæc favore ætatis sustinebitur *l. 14. C. h.* Ipsi tutores curatoresve actorem constituunt, non procuratorem, nisi lis jam fuerit contestata *l. 11. C. h. l. un. C. de act. a tut. vel cur. dand. junct. §. 6. l. de curat.*

§. 187. Constitui possunt omnes qui non prohibentur *l. 43. §. 1. h.* Prohibentur Decuriones *v. l. 34. C. de detur. l. 30. C. locat.* Potentiores. *r. r. C. ne lic. porent.*

potent. Rei criminum *l. 6. C. h. muti & surdi ad litem l. 43. h.* aliique quos repræsentavi *ad l. 4. aph. 72. De infamibus, conf. Martuc. 2. var. explan. 64.*

§. 188. Circa quæstionem, qualia negotia Procuratori judiciali committi possint? Disting. inter causas Civiles & Criminales, Quod ad illas, procuratori tam a parte actoris quam rei regulariter locus est. *l. f. C. h. Exc. per d. l. f. vers. nisi. §. l. 40. pr. ff. h.* Ast quod ad criminales, separanda est persona Actoris & Rei. Ille procuratorem constituere nequit. *l. p. §. 1. de publ. jud. l. f. C. de injur. arg. l. f. ff. de furt. l. f. C. de accus. §. arg. l. 9. §. 5. de publ. §. vect. junct. l. 5. l. p. §. 1. pop. act. Lim. per d. l. f. C. de injur. §. l. 10. l. p. §. 1. publ. jud.* Hic potest si causa est pecuniaria, alias non. *l. 1. an per al. app. l. f. C. de injur.* Vide tamen *l. 10. l. 13. §. 1. de publ. jud. l. 3. C. de accus. l. 13. C. de adult. l. 33. §. 2. ff. h. Struv. ff. h. th. 31. seqq.*

§. 189. Officium Procuratoris ex natura mandati patet. Specialiter tamen notandum, eum etiam in reconventionem teneri principalem suum defendere *l. 33. §. 3. 4. l. 35. h.* nisi quis procurator in rem suam ex titulo oneroso bonaque fide vel ex necessitate factus sit *d. l. 33. §. f. l. 34. l. 70. h. t.* Circa appellationem, disting. inter appellationis interpositionem & prosecutionem: Ad illam tenetur, non ad hanc *l. 17. C. h. l. 9. seq. C. appell. nisi & ad hanc datus sit. l. 2. ff. an per al. caus. app.*

§. 190. Post litem contestatam procurator fit dominus litis. *h. 21. l. 22. l. 23. C. h.* Unde est (1.) quod

quod dolus & contumacia procuratoris, ipsi principali noceat *l. 10. C. h. vid. tamen l. 8. §. 1. mand. l. 13. §. f. C. judic. l. 5. dol. mal.* (2.) quod ab eo tempore procuratorem alium possit substituere, *l. 11. C. h.* (3.) quod sententia in ipsum procuratorem feratur *l. 1. C. de sent. & int. vid. l. 28. l. 61. h. l. 4. re jud.*

**Tit. 4. Quod cujusque universitatis nomine vel contra eam agatur.**

§. 191.

**D**E Procuratore Universitatis (*jung. supra §. 181*) speciatim sciendum, eum deficiente lege vel consuetudine *l. 3. l. 6. §. 1. h. lab ipsa universitate eligi, aut ejus parte potissima l. 19. ad mun. l. 160. §. 1. R. 7.* ita ut duæ partes tertiæ sufficient *l. 3. l. 4. h.* in quibus & ipse electus esse poterit *d. l. 4.* ut & pater filium & hic illum suffragio suo eligere queat *l. 5. h.* & frater fratrem *l. 6. h.* sed nemo se ipsum *arg. l. 14. de tut. & cur. dat.* De Universitate dixi *ad l. libr. 2. aph. 9. seqq.*

**Tit. 5. De Negotiis gestis.**

§. 192.

**N**egotiorum Gestorum (*jung. §. 179. supra*) indolem habes *ad l. libr. 3. aph. 146.*

**Tit. 6. De Calumniatoribus.**

§. 193.

**A**dhuc nota, postulare quem debere animo candido & sui juris persequendi non alterius di-

divexandi causa. Ubi speciaticim contra eos qui pecuniam acceperunt ut alteri per calumniam litem moveant (qui calumniari in specie dicuntur) datur actio in factum intra annum in quadruplum cui ipsa res inest, post annum in simplum. Si tertius calumniatori pecuniam dederit, ne Titio litem moveat, Titius in quadruplum dicta actione aget ceu mere pœnam, tertius ille simplum conditione ob turpem causam repetet. *v.l. 7. h.*

§. 194. Ceterum calumniatoris appellatio aliter accipitur *pr. l. Proœm. l. 233. pr. V. S. l. 19. ad exhib. l. 1. SC. Turpil. l. 14. C. de acc. quæ huc non pertinent, veluti nec juramentum calumniæ de quo ad tit. ff. jurejur. & dixi ad l. libr. 4. aph. 114. add. de jur. Fi. lior. pag. ult.*

## LIB. IV. TIT. I.

### De in integrum restitutionibus.

§. 195.

**S**equitur (*vid. §. 68. supra*) Restitutio in integrum, quam Paulus *1. sentent. 7.* describit, *redintegranda rei vel causa actionem.* Imperatores *in l. 2. C. in quib. caus. in int. rest. nec.* redintegrationem amissæ causæ.

§. 196. Plenior descriptionem si quis amat, is ipse sibi ex requisitis restitutionis in integrum aliquam

quam formet. Requiritur enim (1.) ut aliquis sit læsus. *d. l. 2.* (2.) ex negotio valido. *l. 16. pr. ff. de minor. 2. C. de filiof. min.* (3.) ut justa adlit causa quæ Prætorem ad restitutionem indulgendam possit movere. *l. 1. seqq. h.* (4.) ut læsio sit alicujus momenti. *l. 4. h. l. 9. §. f. l. 10. seq. de dol. mal.* (5.) ut desit remedium ordinarium. *l. 16. de minor. vid. Sicil. man. 1. n. 12.* (6.) ut restitutionem concedens sit magistratus major. *l. ult. C. ubi & apud quem. jung. § 85. supr.* (7.) ut lædens non sit parens aut patronus. *l. 2. C. qui & advers. quos. Dixi Manip. 3. sicil. n. 20.*

§. 197. Causæ quæ Prætorem ad restitutionem impertiendam movent sunt sex, totidem sequentibus titulis indicatæ? 1. Metus. 2. Dolus malus. 3. Ætas minorennis. 4. Capitis minutio. 5. Absentia, similisve justa causa, ad quam & error pertinet in casibus jure expressis. 6. Alienatio judicii mutandi causa facta.

§. 198. Fit autem restitutio, vel (1.) cum Prætor ex officio rescindit quod gestum est. *l. 21. §. 5. quod met. caus.* (2.) cum possidenti exceptio datur. *l. 9. §. 3. quod met. caus. l. 9. §. 4. de jurej.* (3.) cum res amissa, simul restituitur, vel officio judicis. *l. 24. §. f. min.* vel actione impertrita speciali. *l. 14. §. 1. quod met. caus. l. 1. §. 1. dol.* (4.) cum actio amissa restituitur, itaque jus agendi ad rem redintegratur. *l. 9. §. 4. l. 21. §. 5. quod met. caus.* Quocumque autem modo ex prædictis quatuor restitutio peragatur, patet, non nisi unum judicium esse quo læso succurritur. *vid. § 5. med. l. de act.* Nisi quod de quarto casu dubium oriri pos-

fit ex c  
per ac  
scit si  
sed un  
nip. 3.

§.  
bus la  
temp.  
l. 24. p  
næ co  
de min

§.  
est in  
restitu  
nec ex  
l. un. l.  
sumat  
6. x. h.

rescin  
quali  
C. de  
lim. n.

§.  
annu  
pris d  
in qu  
in qu  
dol.  
differ  
inr. n  
quas



fit ex eo quod actio restituta differat ab re illa quam per actionem illam peto. Sed quod dubium evanescit si perpendas, non nudum jus agendi restitui, sed una rem ad quam actio illa tendit. *Vid. Sicil. manip. 3. n. 22. Add. l. un. C. de reputation. qua f. in j.*

§. 199. Succurritur non tantum ipsis principalibus læsis, sed & ipsorum heredibus *l. 6. ff. h. l. 2. l. 4. C. de temp. in int. rest.* quin & successoribus singularibus *l. 24. pr. minor.* & fidejussoribus, nisi restitutio personæ cohæreat. *vid. l. 2. C. de fidej. min. junct. l. 1. C. d. t. l. 13. de min. l. 48. de acq. her. l. 95. §. 3. de solut. l. 12. C. de fidej.*

§. 200. Quod ad effectum restitutionis, distinguitur inter postulatam & impetratam. Si postulata sit restitutio, habet effectum suspensivum, scilicet ut nec executio facienda nec quicquam innovandum sit *l. un. C. in int. restit. postul. ne quid nov. f. nisi juste præsumatur, illam malitiose petitam esse. vid. c. usitata. 6. x. h. t.* Si impetrata fuerit restitutio, quæ gesta sunt, rescinduntur, & omnia ex utraque parte in priorem, qualis ante læsionem erat, statum restituuntur *l. un. C. de reputat. qua sunt in jud. in int. rest. Add. Sicilim. manip. 4. ad pag. 76.*

§. 201. Ceterum, restitutionibus petendis olim annus præfixus erat unus utilis *l. 35. de O. S. A. exceptis duabus causis, nempe 1. capitis deminutionis, in qua tempus perpetuum l. 2. §. f. cap. min. & 2. doli in qua biennium continuum inductum fuit l. f. C. de dol.* In ceteris causis cum diu mansisset anni utilis differentia, tandem sublata est *per l. ult. C. de temp. in int. rest.* In ceteris, inquam, omnibus, præter duas quas dixi causas, Ergo & in metu: & in alienatione

judicii mutandi causa facta. Non autem in dolo. Quoniam in hoc non erat anni utilis differentia; quæ erat in illis. Adde *sis Sicilim. manip. 3. num. 21.*

Tit. 2. Quod metus causa gestum erit.

§. 202.

**E**X sex illis ob quas dixi restitutionem in integrum concedi, causis, prima se offert, *Metus*, qui juxta Labeonem est *timor majoris malitatis. l. 5. h. per alterius vim injustam illatus l. i. h.* Vis est majoris rei imperus qui repelli non potest. *l. 2. h.* Ergo vis requiritur a parte lædentis: *Metus, respectu læsi.* Illa, injusta: Hic justus, qualis nempe in constantissimum virum (aut mulierem. v. Kellenb. *de renunt. succession. qu. 42. n. 74.*) cadit, veluti, mortis, vinculorum, stupri, &c. *l. 6. l. 7. §. 1. l. 8. §. 2. h.* ergo non infamia *l. 7. pr. h. arg. l. 5. §. 1. extr. cogn.* nec ex dignitate alterius aut reverentia debita pullulans *l. 6. C. h. l. 22. ff. rit. nupt.*

§. 203. Oportet etiam, ut vis sit compulsiva. vid. *Gloss. ad l. 13. ff. h. 1. Schneidevvin. ad §. quadrupli. n. 33. l. de act. & quæ scripsi. part. 6. §. 234. & part. 7. §. 46. §. 10. infra.* Tum ut per eam alter læsus sit *l. 12. §. f. h.* unde creditores qui verum debitum a debitoribus suis extorserunt, hoc Edicto Pratorio non tenentur *d. l. 12.* etsi ex edicto Divi Marci puniantur amissione crediti *l. 13. b.* & ex Lege Julia puniri possunt *l. f. ad L. ful. de vi priv.*

§. 204. Ea quæ metu gesta sunt, regulariter subsistere utque dum rescindantur, novimus *arg. §. 1. l. de except. add. l. 9. §. 3. l. 21. §. 4. ff. l. 4. l. 5. C. h.* Exceptio est in sponsalibus & matrimoniis. *l. 14. C. nupt. l. 134. pr. ff.*

pr. ff. de V. O. c. 15. x. de sponsalib. Vid. exemplum rr. de Jure Filior. membr. 6. §. 4. Add. Sicilim, manip. 4. ad pag. 77.

§. 205. Quot modis laeso succurratur, ex §. 189. supra, colligi potest. Addendum hic, speciali prae-rea aetione vim passis succurri, quae audit *Quod metus causa*, quae etsi de vi illata sit, est nihilominus in rem scripta, id est, contra quemcunque possessorem comperens l. 9. §. f. l. 14. §. 5. h. vid. 4. aph. 58. in fin. Datur & adversus heredes, quatenus ad eos pervenit l. 16. §. f. l. 17. l. 19. h. adeo ut hic sufficiat semel ad primum pervenisse dd. II. Dari eandem laesis, patet: sed amplia, etsi hi in delicto deprehensi fuerint l. 7. §. 1. h. c. 15. x. de spons. vid. d. rr. de j. Filior. n. 6. §. 4. Datur intra annum in quadruplum: dein in sim- plum vid. §. 27. I. de act. junct. l. 35. de O. & A. etsi res casu perierit. l. 1. C. h. nisi apud bonae fidei posses-forem ante litem contestatam perierit, vid. l. 14. §. 5. §. 11. h. junct. l. 15. §. f. de R. V.

Tit. 3. De Dolo malo.

§. 206.

**S**ecunda restitutionis in integrum causa est Dolus malus. rubr. h. t. Dicitur, *malus*. Est quippe & bonus: qui nil aliud est quam prudentia atque sagacitas permixta, sibi aur aliis prospiciendi. l. 1. §. 2. h. junct. l. 77. §. 31. legat. 2. l. 19. §. 3. de negot. gest. Sed hic nec ad hunc titulum pertinet, nec voce doli regula-riter intelligitur l. 1. §. 3. h. l. 23. R. 7. Dolus enim de- scribitur quod sit omnis calliditas, fallacia, & machi- natio, ad circumveniendum, fallendum, decipien- dum alterum adhibita l. 1. §. 2. h. Unde nec dolus

G 21 quem

quem ex re vocant vid. l. 36. ff. de V.O. huc pertinet, nec re vera dolus est, nisi post negotium jam perfectum subsequens, dum quis ex eodem quo alterum læsit, jus suum persequitur, v. l. 2. C. de resc. vend. Doli definitio indicat, dolum intelligi de læsione futura: non de facta. Item de proposito lædendi: non de læsione ex ipso negotio fluente. Unde dolus ex re sive subsequens, alibi, veluti & hoc titulo, doli appellationem aut effectus non habet. v. l. 5. inf. C. h. t. l. 13. C. transact.

§. 208. Nunc distingue dolum, in dolum qui dat contractui causam, & qui in eundem incidit. De priori est regula: Dolus dans causam contractui, facit eum ipso jure nullum l. 7. pr. h. l. 3. §. f. pro soc. l. 16. §. 1. minor. De posteriori autem hæc: Dolus incidens in contractus, eos ipso jure nullos non facit, sed facit locum actioni, aut exceptioni doli. Ubi quoad actionem interest, inter contractus bonæ fidei & stricti juris. In illis locus est actioni ex ipso contractu oriundæ. In his, actioni de dolo l. 7. pr. & §. 3. h. Plane sunt Doctores qui regulam priorem restringant ad bonæ fidei contractus, existimando, stricti juris contractus ob dolum danrem causam, nullos non esse, sed actione aut exceptione doli infirmari, per l. 36. ff. de V.O. l. 5. C. inutil. stipul. l. 7. pr. §. 3. l. ult. ff. h. Sed potest ad hos textus responderi, eos de dolo incidente commode accipi posse. vid. l. 26. & l. 28. de legib. Usus disputationis in eo est, quod iis casibus quibus actus dolo gestus, ipso jure nullus est, restitutioni in integrum locus non sit: veluti est, quando valet sed rescindi debet. Illic læsus habet tempus perpetuum: Hic, non nisi biennium, §. 209.

§. 209. Alius usus in eo, quod quando contra-  
ctus ipso jure nullus est, dominium ex eo translatum  
esse, dici nequeat: non entis enim nullæ sunt affe-  
ctiones *l. 76. de solutionib.* Exceptio est in libertatis  
datione. *l. 7. pr. de dol. mal. l. 3. C. si adv. lib. arg. §. ult.*  
*l. de don.* Vid. *Sicilim. manip. 4. ad pag. 79.*

§. 210. Competit ergo juxta distinctionem §. 208.  
propositam, ex capite doli mali læsis actio de dolo:  
intellige, si nulla alia actio comperat *l. 2. C. h. ratio,*  
quia hæc actio est famosa. §. 175. *supr.* quare famæ  
proximi parcendum, si id absque nostro dispendio  
fieri possit *arg. l. 3. de 7. §. 7.* Exc. (1.) nisi actio de  
dolo concurrat cum famosa alia æque gravi aut gra-  
viori. *l. 7. §. 1. l. 14. §. 13. quod met. caus. (2.)* nisi illa altera  
actio sit inefficax *l. 5. l. 6. l. 9. §. 3. l. 7. §. 8. h. (3.)* nisi altera  
sit dubia. *l. 7. §. 3. h.*

## Tit. 4. De Minoribus.

211.

**T**ertia causa ob quam restitutionem in integrum  
Prætor dat, est minor ætas. §. 5. *l. de her. qual.*  
& *diff. §. 33. l. de action.* quæ heic extrahitur ad po-  
stremissimum usque momentum aâni vigesimi quinti.  
*l. 3. §. 3. h. vid. l. 5. qui testam. fac. poss. l. 8. de mun. & hon.*

§. 212. Non ergo requiritur dolus lædentis, etsi  
& hic concurrere possit: sed sufficit sola lubrica æta-  
tis ratio. *l. 11. §. 3. ff. l. 5. C. h. Mynsing. 4. obs. 16.*

§. 213. Nec nocet minori, negotium, tutoris cu-  
ratorisve interventu, aut in judicio, gestum esse *l. 2.*  
*C. si tut. vel cur. int.*

§. 214. Restituitur minor in omnibus causis. *d.*  
*§. 33. d. §. 5.* Eriam adversus usucapionem. *l. un. C. si*

G 3

adv.

*adv. usuc.* ast non adversus præscriptiones temporales, quæ scilicet infra decennium sunt: nec adversus præscriptiones perpetuas triginta vel quadraginta annorum. Temporales quippe hodie adversus minores plane non currunt *l. f. C. in quib. caus. in int. rest. nec. non est.* Perpetuæ autem, minores a beneficio restitutionis in integrum, excludunt: ast contra impuberes non currunt *l. 3. l. 4. C. de præscr. trig. vel quadr. ann.*

§. 215. Ceterum sunt & alii casus quibus in integrum restitutio minori non competit, quos habes in *l. 1. C. si advers. del. §. 4. l. de jur. person. l. 7. C. de pœn. junct. l. 37. §. 1. h. t. l. 11. §. 4. §. 5. h. l. 9. §. f. l. 10. l. 11. pr. b. §. 1. l. de patr. pot. l. 1. §. 2. C. si sep. restit. per. junct. l. 7. §. 9. l. 41. ff. h. t. l. 11. §. pen. §. ult. l. 34. h. l. 2. C. qui §. adv. quos l. 3. §. 1. h. l. f. C. de temp. in int. rest. l. 1. seqq. C. de his qui ven. et at. §. ult. l. quib. al. lic. Auth. Sacramenta puberum. C. si adv. vendit. l. 1. l. 2. l. 3. C. si min. se maj. l. 24. §. 2. h. Quos casus memoria sublevandæ ergo, in quatuor disticha ad dictarum legum seriem compacta tenens sequentia:*

*Succurrit laeso Prætoris cura minori:*

*Sed non adversus crimina, vimque Dei:*

*Nec libertatem: Nec si est tibi nupta: Semelve*

*Es pulsus: Ledens si minor, aut pater, est.*

*Si major factus, præ lapsis quatuor annis,*

*Verbisve aut factis, gesta priora probas.*

*Si venia ætatis, solvendæve, est data: vel si*

*Juras, mentiris, finis adestve rei.*

*Speciatim autem ad illa: aut pater est: nota sis, idem pertinere & ad matrem, Nisi quod exceptionem*

*non-*

nonnulli statuant esse in casu. *Novell. 155. cap. 1* cum scilicet mater vidua & liberorum tutrix, iurejurando promisit se ad secundas nuptias non venturam, & nihilominus tamen postea, spreto jurisjurandi religione, secundum maxtrimonium exosculata, liberis vitricum superinduxit, petitis a liberis apochis quibus mater ab obligatione tutelæ omnique actione, per liberos, eo ipso immane quantum laesos, liberabatur. Verum dictam Novellam 155. ex Novellarum numero eliminandam esse, aperte, nisi fallor, demonstravi *Irner. injur. vapul. coit. 22.* illis, *ne si est tibi nupta*: innuitur, in matrimonialibus causis, restitutionem in integrum cessare: quod intelligendum est, non tantum de Jure Civili, quod si rescissioni locus concedi deberet, repudia & divortia largissime indulgebat, ut remedio restitutionis, utpote extraordinario, locum præbere, necessarium non fuerit: Sed & de Jure Hodierno, quo divortii non nisi duas causas communiter agnoscimus, veluti de Jure Canonico nullas: qua de re dixi late *Irner. injur. vapul. coit. 32.* Porro illa: *semel te es pulsus*: volunt, restitutionem bis peri non posse, nisi ex novis causis iterato petatur, aut ad exitus contrarios: veluti si minor contra hereditatis repudiationem aut additionem restitutus sit, hic denuo restitutionem recte petet, ut qui adiit, repudiet: qui repudiavit, adeat. Quod tamen jure novo exceptionem notabilem patitur, in casu, quo aditio aut repudiatio per patrem facta fuerit, ne scilicet patris consilium videatur ludi. *vid. l. ult. §. ult. vers. simili modo, C. de bon. qua. lib.* Adde his quæ dixi *Sicilimenter, manip. 3. num. 21.* Vides in

in versiculis nostris & hæc: *Si iuras*: quibus indicatur, minores adversus contractus jurejurando confirmatos non restitui. Ubi controvertitur, an id ad contractus validos duntaxat pertineat, an simul & ad invalidos? Nos affirmamus posterius, ex eo scilicet principio, quod *Auth. Sacramenta puerum C. Si adv. vend.* ab Imperatore Germano sit promulgata. At cum secundum Jura Germanorum pueribus perpetuo curatores dati fuerint, sequitur, illos sine his contrahentes, nulliter agere, nisi secundum dictam authenticam sacramento contractus firmaverint, qui tum validi evadunt nec retractari possunt. Secundum Germaniæ ergo jura, dicta authentica agit de pueribus curatorem habentibus. add. Vinn. *1. select. quest. 15.* Per, *mentiris*: intellige, si se majorem esse mentitus sit. De *quatuor annis*. dixi *Sicil. d. n. 21.*

§. 216. Minoribus heic æquiparantur Respublicæ *l. 4. C. ex quib. caus. maj. l. 3. C. de j. reip. ecclesiæ*, aliaque pia loca. *c. 1. seqq. x. h.* quod ad reliquas universitates ex paritate rationis cõmuniter extendunt.

*Tit. 5. De Capite Minutis.*

§. 217.

Quarta causa est capitis diminutio, de qua dixi *ad l. l. b. r. 1. aph. 77. 78. & 79.*

*Tit. 6. Ex quibus causis viginti quinque annis in integrum restituantur.*

§. 218.

Quinta causa, est Absentia, *l. 1. h. t.* quæ heic æstimatur ex loco domicilii, *l. 32. h. l. f. C. rest. milit. l. 173. §. 1. l. 199. V. S.* dividiturque a Doctoribus in Necessariam



fariam (qualis est militum & legatorum) & Voluntariam. Item, in Laudabilem, Viruperabilem, & Indifferentem.

§. 219. Ex hac causa restituuntur 1. presentes per aliorum absentiam læsi, contra hos absentes. 2. absentes contra absentes. 3. absentes contra presentes. *l. 1. pr. l. 21. pr. §. 1. l. f. h. r.* Primo casu, nil interest, ex qua causa lædens abfuerit. *d. l. 21. §. 1.* Ast duobus posterioribus, ubi absens ipse propter absentiam suam restituendus est, sola ipsi prodest absentia necessaria & voluntaria laudabilis. *l. 1. l. 26. §. f. l. 28. pr. h.* etsi procuratorem domi reliquerit. sed per quem defendi non potuerit *l. 26. §. f. l. 39. h.*

§. 220. Ex hoc absentiae capite succurritur, ut alibi, possidenti, exceptione: at non possidenti, actione, qua heic est & vocatur Rescissoria *l. 28. §. 5. h. l. 24. C. R. V.* de qua dixi *ad l. 4. aph. 50.* ubi, inter alia, etiam monui, primo isto casu de quo §. 219, promtius remedium jure novo inductum esse. Adde sis, aliquando Actioni Rescissoriae aut remedio isti novo locum non esse, quando quis scil. lucrum omisit: quo casu datur actio nova utilis, quam Institutoriam vocant *arg. l. 8. §. pen. ad Vellej.* qua omissum illud lucrum, absens, nunc iterum praesens factus, consequatur *l. 17. pr. §. 1. l. 41. l. 43. h.*

§. 221. Ceterum Praetor hoc de absentia caput generali dotavit clausula: *Item si qua alia mihi justa causa esse videbitur, in integrum restituam, quod ejus per leges, plebiscita, senatusconsulta, edicta, decreta principum, licebit. l. 1. in f. h.* Exempla suppendantur *l. 26. §. 7. §. f. l. 33. §. f. l. 38. §. 1. h. l. 7. rest. in int. l. 35. S. P. R.*

*P. R.* Notabis autem in viis modo verbis & verb  
 restringentia, *vers. quod ejus &c.* Unde ignorantia  
 ad hanc clausulam generalem non pertinet, quia ea  
 legibus reprobatur, ut ob eam restitutioni locus non  
 sit. *l. 9. ff. de j. & fact. ign. l. f. C. de praser. long. temp. l. 3.*  
*l. 4. C. de praser. trig. vel 40. ann.* nisi certis casibus ju-  
 re exceptis *l. 1. §. f. l. 2. quod fals. tut. §. 33. l. de act. l. 1. §. 9.*  
*de itin. act. priv.* quo & facere posset *l. 33. de re jud.*  
*junct. l. 1. in f. h.*

*Tit. 7. De alienatione judicii mutandi  
 causa facta.*

§. 222.

**S**exta restitutionis causa, est alienatio rei possessæ dolosa, ju-  
 dicii mutandi causa facta: quando scil. rei alicujus possessor,  
 cum de illa controversiam metuit, eandem in alium transfert,  
 ut petitoris conditio reddatur deterior *l. 1. h.* quo casu actio in  
 factum, læso datur, adversus alienantem in id quod interest. *d. l.*  
*1. l. 3. §. 4. l. 4. §. p. & §. f. h. Adde sis Sicilim. man. 4. ad pag. 87.*  
*688.*

*Tit. 8. De Receptis qui arbitrium receperunt  
 ut sententiam dicant.*

§. 223.

**U**ltimum inter Judiciorum *πρώτα*, est Compromissum  
*v. §. 68. supr* sive arbitrium receptum ut sententia dica-  
 tur. *rubr. h. r.* quod qui receperunt dicantur *Arbitri Recepti rubr.*  
*C. de rec. arbit. vel Compromissarii l. 5. §. 1. C. h. s. l. f. C. ubi & ap.*  
*quem.* ad differentiam arbitrorum aliorum, tum a privatis ad  
 contractum conciliandum & lites amice componendas electo-  
 rum *v. l. 76. pro soc. l. 25. locat* tum a lege aut Magistratu con-  
 stitutorum. *l. 5. C. h. §. 1. l. de act. l. 38. pro soc. l. 24. depof. l. 9. qui*  
*fatid. cog. l. 6. C. judic.* Dixi, *constitutorum*: Sole enim *confir-*  
*matio* compromissi naturam non mutat, *arg. l. 6. de jurisd. l. 1.*  
*§. 13. f. depof.* Unde & *Aufregas* ad arbitros compromissarios  
 referas: judices nempe primæ instantiæ ad decidendas statuum  
 lites designatos: de quibus *Vultejus de jurisd. ad l. 1. C. ubi se-*  
*nator, n. 20. & seqq.*

§. 224. Arbitrarius Compromissarius est iudex *d. l. 3. §. 1. d. l. f.* libera partium voluntate, partium suoque ipsius consensu, ad controversias secundum iudiciorum ordinem cognoscendas, suoque arbitrio definiendas, constitutus. *l. 1. l. 3. §. 1. l. 13. §. 2. h. l. 14. pr. C. de iudic.*

§. 225. Arbitri esse nequeunt surdi, muti, furiosi, servi *l. 7. pr. §. 1. l. 9. §. 1. h. nec foeminae l. 5. C. h. nisi iurisdictione gaudeant. C. 4. x. h. nec minores annis viginti l. 4. h. nec iudices ad quorum cognitionem res iure ordinario pertinet l. 9. §. 2. h. (quod secus est de iure Canonico *c. 5. 7. c. 10. x. h. c. 21. x. de prabend.*) nec ullus in causa propria *l. 32. h. nec potentior qui cogi non potest l. 3. §. f. l. 4. h. nec laicus in causa spirituali, c. 8. x. h. Possunt, infames l. 7. h.**

§. 226. Possunt & plures eligi *l. 17. §. 6. h.* ita ut omnium praesentia requiratur *d. l. 17. §. f. l. 18. h.* nisi aliqui absque legitimo impedimento emanerint *c. f. de arbitr. in 6.* aut alternative recepti sint. *l. 8. l. 17. §. 4. h.*

§. 227. Si plures inter se dissentiant, vincunt suffragia majora. *l. 17. §. f. l. 27. §. 3. h. arg. l. 30. c. 39. de re iud.* Si sint paria, nihil agitur *d. l. 27. §. 3. c. 6.* nisi dissentiant circa quantitatem, tum eam praeseruntur quae minorem summam continent *d. l. 27. §. 3. h.*

§. 228. Compromittere possunt, qui libere de rebus suis queunt disponere & personam standi in iudicio habent. *arg. l. 1. l. 32. §. 8. l. 35. h.* Possunt etiam vasalli. *2. F. 15. 34. c. 140.* Sed non Episcopi & Praelati sine consensu capituli *t. t. x. de his qua fiunt a prelat. sin. conf. nec foeminae intercedendo. l. 32. §. 2. h.*

§. 229. Compromitti nequit super causis famosis, ergo nec super publicis criminibus *l. 32. §. 6. h. junct. l. 7. publ. iud. velut nec reliquis causis quae non sunt privati arbitrii c. 5. X. h.* Non super matrimonialibus *c. p. x. de in integr. rest. vid. §. 161. n. 3. supr. nec rebus iudicatis c. 11. x. h. nec restitutionibus in integrum l. f. C. ubi c. apud quem. nec causis status, aut popularibus l. 32. §. 7. h.*

§. 230. Regulariter a iudiciis ad compromissa recte argumentamur *l. 1. h.* Unde, inter alia, nec arbiter sententiam potest mutare. *l. 19. §. f. h. conf. l. 55. de re iud. Dixi, regulariter.* Enimvero non est id perpetuum; quod vel ex diversitate effectuum patet.

§. 231. Sententiae enim iudicis, partes, nisi ab ea appellaverint, stare tenentur. At ab arbitri sententia appellari nequit. *l. 27. §. 2. l. 22. §. 14. ff. l. 1. C. h.* potest haec tamen intra decem dies reji

ci. l. 5. C. h. nam eadem nullam per se actionem parit, nullam iudicati exceptionem l. 2. ff. l. 1. C. h. Dixi, per se. Nam si vel 1, stipulatio accesserit, ea servabitur l. 27 § f. h. vel 2. juramentum, & id de iure Justiniano antiquo l. 4. l. 5. h. & de iure Canonico c. 2. § 9. X. h. compromissa vallabit, contra Novellam 82. c. 11. §. 1. vel 3. acceptatio partium expressa, aut tacita, quæ ex lapsu decem dierum colligitur, debetur actio in factum, a Justiniano numine inducta per d. l. 5. quæ sententia hoc tertio casu nunc laudum homologatum audit.

§. 232. Cum Compromissum constet Mandato, sequitur, id non tantum morte ipsius arbitri, sed & unius ex partibus quæ compromiserunt, extingui l. 27. §. 1. h. c. f. x. b. x. c. 50. x. de testib. nisi utrinque heredum fuerit facta mentio l. 49. §. 2. h.

§. 233. Illud autem cum mandati natura plane non concordat, quod arbiter regulariter (vid. l. 9. §. 4. & s. l. 10. seqq. h. t.) ab officio semel suscepto resilire nequeat, immo nec alium substituire, sed nobili iudicis officio, vel pignorum captione vel multæ indictione, ad sententiam dicendam compelli possit. l. 3. §. 1. l. 32. §. 3. §. 12. §. 16. h.

*Tit. 9. Nautæ Caupones Stabularii ut recepta restituant.*

§. 234.

**N**Equaquam autem cum Receptis arbitrorum confundenda sunt Recepta Nautarum, Cauponum, & Stabulariorum: utpote quæ cum illis, veluti & omnibus Iudiciorum *πρωτόις* nil quicquam commune habent. Enim vero, non equidem inter iudiciorum prolationes versantibus, qua talibus, sed itinerantibus, hoc titulo, duæ dantur actiones. Una ex Quasi-Contractu: Altera ex Quasi-delicto. Illa, in simplum: Hæc in duplura. Illa etiam adversus heredes: hæc non. Sed dixi plenius ad Inst. libr. 4. aph. 32. junct. Admonit. part. 7. §. 37. 38. & 39. In transitu autem notabis, falsum esse quod nonnulli tradant, non esse plures quasi contractus quam quinque in Inst. libr. 3. tit. 28, enumeratos. Enimvero habes hic Sextum. v. l. 1. h. t. V is Septimum? Vide l. 1. de relig. Octavum? Habes l. 7. C. her. per j. §. 1. l. 1. aff. Alios alibi,

FINIS PARTIS PANDECTARUM PRIMÆ.

nullam  
n si vel i,  
mentum,  
anonico  
82, c. 17.  
ex lapsu  
tiniano  
su nunc

equitur,  
bus quz  
le restit.

concor-  
19. h. r.)  
um sub-  
ione vel  
i possit.

*cepta*

unden-  
ulario-  
ciorum  
ro, non  
talibus.  
Quasi-  
Hæc in  
plenus  
c. 39.  
radunt,  
r. libr. 3,  
i. b. r.  
C. her.

hart  
1. 1. 1.





Kb 3347

ULB Halle


3

004 533 437









B.I.G.

Farbkarte #13

*1706*

A. A. PAGENSTECHERI  
ADMONITORIA

*1259*

AD

*1706*

PANDECTARUM

*Partem Primam.*

J.F.W. PAGENSTECHER

A. A. F.

Jur. Licent. Eorundemque in Academia Hassiaca Marpurgensi Prof. Extraord.

*In usum Praelectionum suarum publicarum iterato excudi fecit.*



*3347*

MARPURGI,

Typis JOH. HENRICI STOCKII.  
A. C. MDCCVII.

